לְשׁוֹן לִמּוּדִים

Lingua Eruditorum.

Hoc est,

NOVA ET METHODICA

INSTITVTIO

Linguæ Sanctæ,

Usui eorum

Quibus *Fontes Israelis* plenè intelligere, & ex illis limpidissimas aquas haurire, curæ cordique est, accommodata.

* * *

Studio & Operâ

VICTORINI BYTHNER.

OXONIÆ,

Typis GUIL: TURNER.

Impensis Authoris.

1638.

APPROBATIO.

Rudimenta isthæc Ebraica, à D. Victorino Bythnero, *accuratè concinnata, libens probo: & Linguæ Sanctæ studiosis utilissima censeo. Adhæc, cùm in iis nihil aut Ecclesiæ Anglicanæ, aut bonis moribus dissonum conspiciatur, publicâ luce digna judico.*

Io: Morris: Linguæ Ebrææ Prof. Regius.

Mandetur typis hic liber.

Ric: Baylie
Vicecan: Oxon:





ADMODUM REVERENDO ET AMPLISSIMO viro, Dn. SAMUELI FELL S. Th. D. Ecclesiæ Cathedralis & Magnificentissimæ Ædis Christi apud Oxoniens. DECANO dignissimo,

UT ET

Venerabilibus, Orthodoxâ pietate, Fide & morum integritate spectatissimis CANONICIS.

Dn. D. THOMÆ ILES p.t. Subdecano.

Dn. D. JOHANNI PRIDEAUX SS. Th. Professori Regio.

Dn. D. HENRICO KING.

Dn. D. JOHANNI KING.

Dn. D. RICHARDO GARDYNER.

Dn. D. JOHANNI WALL.

Dn. D. JOHANNI MORRIS Linguæ Hebrææ Professori Regio.

Dn. D. GUILIELMO STRODE Oratori Academiæ Eloquentissimo.

Hoc literarium munusculum,

Argumento tractationis vetus ac commune,

Methodi perspicuitate novum & singulare;

Inspectu vile,

Mole parvum;

Introspectu æstimabile,

Utilitate magnum:

Cujus

Peritia THEOLOGO conducit,

Ignorantia PHILOLOGO officit.

Hoc inquam,

Quâ continens *Hebræum*,

Quâ superficies *Typographicum*,

Quâ basis *Papyraceum*.

In

Debiti Honoris MONUMENTUM,

Constantis observantiæ SYMBOLUM,

Grati animi DOCUMENTUM:

Ad Æviternæ Mnemosynes *aram*,

In Famæ, Virtutisque *fano*

consecratum offero

VICTORINUS BYTHNER.

Εἰς τὴν γραμματικὴν ἀνδρὸς ἀξιωτάτου
Βικτωρίνου τοῦ Βυθνέρου.

Ἄλσεσι γραμματικῶν ἑβραΐων ἄνθη ἔδρεψας·
ἄνθεσι γραμματικὴν τέλεσας· βίβλοιο θεΐοιο
κρυπτὰ τρανόει, καὶ ἥ σοι ξύγγος ὀπάζει.


Ἥλιος ῥοδέοις ἀμαρύγμασιν ἄστρα καλύπτει·
ἥλιος τελέθεις, βίβλοι ἀμαρύγματά εἰσι,
γράμματα γραμματικῶν ἑβραΐων ἄστρα ἀκούει·
φαινομένων βίβλων, ἃς τὸ κάλλιστα ἔδρασσας,
γράμματα γραμματικῶν φαίνει, ζόφον αἰνὸν ἔχει τε.

Τοῦ αὐτοῦ

Κλυτὸς μὲν ἐν βροτοῖσιν ἔσσῃ (Βύθνερε)
ἅπασι πόντου, τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν
ναίουσιν εἴσω· χρῶτι τοῦ θεοῦ λόγον
φρονεῖς, φρένας κἀχεῖς περ ἐσθλάς, λέγεις
τὰ χρηστὰ, χρηστὰ κἀκπονεῖς, νεωτέρους
γλώσσῃ πεπαίδευκας, τρόποις τε· τὴν χθόνα
φίλην πατρῴαν ἔκλιπες, κ' ἦλθες ξένην
ἐπ' αἶαν Ἀγγλίας· μεθ' ἡμῶν εὔχομαι
ὡς ὄλβιον τερπνόντε σὴν ἄγοις βίον,
πάσχων ὅσ' ἄνδρα χρὴ παθεῖν εὐδαίμονα.

Amicitiæ ergò apposuit

Edv: Wirley: Rector
Ecclesiæ Sanctæ Ebbæ.



Εἰς τὴν γραμματικὴν ἀνδρὸς ἀξιολόγου

[illegible]

[illegible]

Τοῦ αὐτοῦ

[illegible]

Amicitiæ ergo apposuit

Edv: Wirley: Rector

Ecclesiæ Sanctæ Ebbæ.

Sceleton Institutionis Linguæ Sanctæ, Rem atque Methodum oculis memoriæque dilucidè proponens.

Institutionis hujus capita [illegible]

- *Partibus integrantibus, Cap. I.*
  - *Simplicibus*
    - *Consonis, Sect. 1.*
    - *Punctis*
      - *vocalibus*
        - *propriè dictis, Sect. 2.*
        - *impropriè dictis, Sect. 3.*
      - *Pronunciationi inservientibus, Sect. 4.*
  - *Mixtis, Syllabis, Sect. 5.*
- *Ipsâ voce, cujus*
  - *constituit. est n. vel*
    - *Numeri*
      - *Nomi. Verb. cujus*
        - *Analogia, Cap. II. in*
          - *Literis Constitutivis, S. 1.*
          - *Accidentibus, Sect. 2.*
          - *Conjugationibus, Sect. 3.*
        - *Anomalia, Cap. III.*
      - *Primarium Cap. IV. cujus*
        - *Analogia, Sect. 1.*
        - *Anomalia, Sect. 2.*
      - *Secundarium vulgò Pronomen, Cap. V.*
    - *Sine numero Particula*
      - *Unilitera, Cap. VI.*
      - *Plurilitera, de quibus in Lexico.*
  - *mutatio*
    - *generaliter in quovis statu, Cap. VII.*
    - *specialiter in statu*
      - *Affixionis, Cap. VIII.*
      - *Regiminis, Cap. IX.*
      - *Figurato, Cap. X.*
  - *distinctio per accentus, Cap. XI.*

His subjecta est Appendix *de*
- *Aramaismo.*
- *Investigatione Thematis.*

Admonitio ad Lectorem.

Monendus es Lector benevole, quod caruerimus puncto vocali ך, ne tamen absque eo manca evaderet lectionis & formationis cognitio, in ejus locum substituimus literam ך nullo puncto subtus vel in medietate affectam.

Similiter cum aliquando destituebamur literâ שׂ, pro eâ apposuimus literam ש nullo puncto vestitam.

Denique, etsi copia corrigendi mihi data fuerit, aliqua tamen Errata non castigata remansere.

ut, pag. 4. lin. 19. leges פְּאַח p. 7. l. 6. יִצַּתִּי & lin. 14. supple *in.* p. 16. l. 12. pro Pahul *l.* Benoni, & vice versâ l. 13. p. 27. l. 8. lege *pura sive simplex.* p. 31. l. 8. Infinitivus. pag. 47. lin. 13. הִתְנַבֵּאתִי p. 80. l. 10. נִסְבּוֹתָ 81. l. 14. תְּסֻבֶּינָה p. 110. l. 20. שְׂפָכוּ p. 224. l. 22. supple *vel.*

Et hæc sunt notæ melioris, cætera leviora tu ipse corriges; nec mireris me ea commisisse, utpote cum scias eos qui rem quam legunt memoriâ tenent, vitia scriptionis non tam promptè deprehendere posse.

Caput Primum
De Lectione.

Sectio Prima,
De Consonis.

Consonantes Hebr. considerantur ratione
- potestatis
  - Propriæ in pronunciando, quarum
    - Numerus & Figura, R. 1.
    - Divisio ratione
      - instrumenti prolationis, R. 2.
      - motus & quietis, R. 3.
  - Accidentariæ in numerando, R. 4.
- scriptionis
  - Similis, ob literarum cognationem, R. 5.
  - Dissimilis in quinq; finalibus
    - כמנפצ ob decorem, R. 6.
    - אהלתם ob spatii completionem, R. 7.

Regula Prima.

Consonantes Hebræorum sunt xxii. *quæ Nominibus, Figura, ac Valore sic exprimuntur.*

Aleph א Est aspiratio lenissima, quæ ex lenitate suâ non videtur audiri, sed tantum vocalis illa, quâ afficitur.

Bheth ב bh. Germanis plerunq; est f.

Ghimel ג gh.

Dhaleth	ד	dh. quale eſt in Anglorum articulo *the*.
He	ה	h.
Vav	ו	v. conſona.
Zajin	ז	z lene, ferè *ds* Fortius pronunciandum quàm Samech. Judæi efferunt illud per *ſ*.
Hheth	ח	duplicatum h, & formatur in nodo gutturis. LXX plerunque efferunt illud per χ. ut Χὰμ Χαρὰμ.
Teth	ט	t. Græcis non raro θ.
Iodh	י	j. conſona.
Chaph	כ	ch.
Lamedh	ל	l.
Mem	מ	m.
Nun	נ	n.
Samech	ס	ſ. acutum.
Hhnajin	ע	Aſpiratio duriſſima, adminiculo ſummi gutturis & narium proferenda, quæ non manus ductu, ſed ſpiritu exprimi poteſt. Eſtque raſio quædam in gutture, inquit *Erpenius*, ad cujus pronunciationem à teneris aſſueſcendum, inquit *Aben Eſra*, teſte *Roſſelio*. Sonus ejus formatur dum flatus narium adminiculo, in extrema gutturis parte ſtrangulatur, & ad ſonum Gallici G

imo

imo gutture pronunciati accedit, inquit *P. Vignalius.* A Græcis interdum effertur per γ, quod docet oppidum Palestinæ עַזָּה Gen. 10. 19. quod Interpretes veteres omnes, & *Ptolomæus*, nec non *Lucas*, Act. 8. 26. reddunt *Gaza*. Item, עֲמֹרָה per Γόμοῤῥα, &c. Interdum per *ν*, ut הוֹשַׁע־נָא ὡσαννά. Hodiè sono ex G & N conflato, effertur, inquit *Martinius*. Propter difficultatem pronunciationis Judæi hodierni illud per א efferunt, sed sic duos spiritus confundunt.

Phe פ ph. φ.

Tzade צ habet sonum inter s & z. quem sermo Latinus ignorat. Vulgò ts.

Koph ק k. vel qu.

Resch ר r.

Schin ש Cum puncto dextro, sive *Iamin*, sonat pinguius *sch*, Anglis *sh*. Cum sinistro, sive *Semol*, exilius, estque idem quod Samech.

Thau ת th. Vernaculum est Anglis in vocibus *thief*, *smith*, &c. Græci aliquando illud cum Teth confuderunt. A Judæis hodiernis effertur per *s* blæsum.

Regula secunda.

Instrumenta prolationis sunt quinque, juxta quæ distribuuntur literæ in quinque ordines;

Gutturales	אהחע
Linguales	דטלנת
Palatinæ	גיכק
Dentales	זסצרש
Labiales	בומפ

Atque hinc elicitur 1. Cautela. *Affines in pronunciando, non confundantur*: ut תִּזָּכֵר *memorabitur*: תִּסָּכֵר *obthurabitur*: תִּשָּׂכֵר *mercede conducetur, &c.* Ita, ne, si pervenias ad locum Jes. 8. 17. pro וְחִכִּיתִי לַיהוָה *& exspectabo Iehovam*, legas וְהִכֵּיתִי *(& percutiam)* cum ה loco ח, quod blasphemum foret.

2. Usus. *Literæ ejusdem instrumenti sæpè inter se permiscentur, significatione non permutata*: ut, כָּאָה & כָּהָה *obscurus fuit*: חָטַף & חָתַף *rapuit*: מֶסֶג & מֶסֶךְ *mixtio*: & alia plurima de quibus tandem suo loco.

Nota.

Solent Orientales in vocum formatione, hujusmodi pronunciationis organis uti, quorum

...um usus apud nos non tantum insuetus, sed
...tiam incivilis judicatur ut sunt *guttur & den-*
...s. Et hinc apud Interpretes in more positum
...st, ut aspirationes istas gutturales negligant,
& quidem א & ה propter soni lenitatem, ח &
ע propter asperitatem: ut, יְהֹוָה, *Iovah*: רְאוּבֵן
Ruben: חֲנוֹךְ *ἐνώχ*: בַּעַל *Baal*, &c. Hinc *Iezekiel*
יְחֶזְקֵאל elisâ media gutturali, ob pronunci...
...ndi suavitatem, cum sua vocali.

Regula tertia.

Omnes literæ sunt mobiles, præter qua-
...tuor אהוי *Quiescentes; quæ fiunt immobi-*
...les, cùm puncto substrato, aut immediatè
apposito, carent.

Moveri est legi, quiescere non pronuncia-
...ri, dictæ autem sunt istæ literæ *Quiescentes*,
tùm quod nonnunquam suum sonum per qui-
...etem consopiant; tùm quod quietem, h.e. mo-
...ram, quæ in producendis vocalibus longis re-
quiritur, indicent. Hinc appropriata vocalis,
ea...um quietis est longa, vel etiam anceps, (ֶ)
nimirum aut (ֵ)

א Propriè quiescit in dictionis medio &
fine, cum puncto vocali destituitur. Impro-
priè autem, cum propter soni exilitatem non
auditur,

auditur, sed tantum vocalis ejus quâ afficitur, etsi naturâ suâ sit mobile: ut אָדָם *Adbam*.

ה in fine dictionis quiescit, idq; post vocales duas breves, (-) & (·) tres longas, (·) (··) & ; nunquam autem (*quod benè notes*) in Chirek magno.

ו ab initio dictionis quiescit in Schurek, ut וּמָה *u.ma*: (non autem, ut *Pistorius* præter omnem authoritatem contendit legendum *vumah* q. וּומָה) In medio & fine, in Cholem vel Schurek obmutescit.

י in dictionis medio & fine quiescit, præcedente (·) vel (··) Adhæc, in medio post (-) aut (··) vocali cassum, elingue est: ut, פָּנָיו *panav*: טוּבֶיךָ *tobbe cha*. Insuper, Jod finale interveniente (:) quiescit in (-) in unica voce אַתְּי *att*, cæterisque 30 vocibus inde augmentatis, in quibus hæc quies in textu sacro, semper circello notata est, ut videre est 1 Reg. 14. 2. Jer. 2. 32. &c. Ex prædictis elicimus

CONSECTARIA.

1. *Literæ istæ, etsi otiosa existunt in pronunciatione, sunt tamen essentiales in scriptione*. Idque ut constet, 1. de integritate thematis. 2. de genuina vocum formatione. 3. si desint puncta, de recta lectione. 4. de compositorum origine: ut עֲזָאזֵל Lev. 16. 8. nomen est hirci in desertum missi, ex עֵז *capra*, & אָזַל *abiit*, &c.

2. *Ista*

2. *Istæ literæ, quia inter pronunciandum non audiuntur, quandoque etiam in scribendo negliguntur.* Et quidem,

Aleph tam mobile, quam quiescens sæpè exturbatur: ut, מַכֹּלֶת *cibus*, pro מַאֲכֹלֶת Sic יָצָתִי pro יָצָאתִי *exivi*. בַּשָּׁו *in vanitate*, Job. 15. 30. ubi ad marginem Bibliorum habetur א חָסֵר id est, *deficit* א.

He radicale, afformativum generis, itemque paragogicum, sæpè in fine dictionis desideratur; cujus nota est vocalis systatica sub ultima vocis litera, nec non circellus supra ipsam vocem: ut, יְהִי° *erit*, pro יִהְיֶה 1 Reg. 1. 37. נַעֲרְ° *puella*. vicies occurrit *Mose*, & semper absque ה Sic אֶכָּבְד° *honorabor*, Hag. 1. 8. quod quidem legitur cum ה parag. sed scribitur absque illo: de cujus rei mysterio vide Thesaur. *Pagn.* & *Buxt.*

Iodh post (ִ) (ֵ) & (ֶ) sæpè deficit: ut בָּנִתִ pro בָּנִיתִי *ædificavi*. נִקֵּתִי pro נִקֵּיתִי *innocens fui*: תַּעֲלֶנָה *ascendent*, pro תַּעֲלֶינָה &c.

3. *Literarum quiescentium mutuus est symbolismus, ita ut sæpè inter se commutentur*: ut, יָלַד & וָלַד *natus*, רְאֵם & רֵים *Unicornis*. אוֹן & הוֹן *facultas*. Hinc fit, quod LXX ferè semper literam ה spiritu leni expresserint: ut, הֶבֶל *Abel*, הָר *Ar*, &c.

Regula quarta.

Per Consonantes Hebræi siphras, seu characteres numerorum exprimunt, easque margini capitulorum Biblicorum apponunt.

סְפִרָה i. e. *Numerus*, est vel Monadicus, qui incipit ab א usque ad י vel Denarius, qui progreditur à י ad ק vel Centenarius, à ק ad finem usque alphabeti.

Ultra decem, monadico denarium præponunt, h. m. יא 11. יב 12. יג 13. at pro יה 15. ponunt טו (hæ enim consonæ simul junctæ eundem numerum constituunt) scilicet ne Nomen Divinum יָה profanetur.

Nota. In Bibliis singula capita, distincta sunt certis חוּמָשִׁים i. e. distinctis *quintariis*, qui in se comprehendunt quinque פְּסוּקִים *periodos*, quos litera numeralis exhibet h. m. א est initium primi quintarii, & comprehendit in se quinque tmemata, ה secundi, & designat alios quinque subsequentes versus, י tertii, sive denotat versum decimum, טו quarti, sive est index vers. 15. כ 20. & sic deinceps.

Regula

Regula quinta.

Scriptio literarum ſimilium diſcernitur angulorum inſpectione, & linearum conſideratione.

ב in calce prominet, כ dorſum habet rotundum.

ג eſt gibboſum, נ aduncum, ז in medietate quaſi diſſectum, ן finale eſt prolixius.

ד eſt angulare, ר rotundius, ך finale prominentius.

ה pede ſiniſtro apertum, ח clauſum, ת etiam clauſum, ſed parte ſiniſtra nonnihil prominens.

ס rotundum, ם finale quadratum. Atque hinc oritur CONSECTARIUM.

Literæ ſimilis ſcriptionis, non rarò inter ſe confunduntur: ut וַיַּבּוּ *et percuſſerunt*, pro וַיַּכּוּ 2 Reg. 3. 24. גֵּה & זֶה *hic.* תִּרְגַּלְתִּי *aſſuefacio*, pro הִרְגַּלְתִּי Hoſ. 11. 13. הַשְּׁרֵמוֹת *arva*, Jer. 31. 40. Scribitur (inquit *Aven.*) cum ר pro ד ad denotandam compoſitionem ex שְׂדֵמוֹת רָמוֹת *arva alta*, ſive in editiore loco ſita. Atque ob hanc ſcriptionis ſimilitudinem, LXX aliquando videntur legiſſe ד pro ר, ut Gen. 3. 17. *Maledicta terra*, ἐν τοῖς ἔργοις σου, Vulgat. *in opere tuo*, Hebræa veritas בַּעֲבוּרֶךָ *propter te.* E contra ר pro ד *Raphaca* pro דָּפְקָה Num. 33. 11.

Regula sexta.

Ob decorem scriptionis, quinque כְּמְנַפֵּץ *in fine dictionis extenduntur hoc modo:*

ך ם ן ף ץ

Ex his, una litera videlicet ם est clausa, cæteræ sunt extensæ.

Duæ dictiones veniunt præter normam, לְמַרְבֵּה *multiplicationi* Jes. 9. 7. in medio dictionis cum ם clauso; (de cujus rei mysterio vide *Hieronym. de sancta fide*, contra Jud. p. 28.) & הֵם *ipse*, Neh. 2. 13. in fine cum ם aperto, quo rupturam civitatis & murorum innui aiunt.

Regula septima.

Ob completionem spatii residui, (ne voces in Scriptura discerpantur) quinque literæ אֶהֱלָתֶם *dictæ, in clausulis dictionum dilatantur h.m.* ﬡ ﬣ ﬥ ﬦ ﬧ

Sin autem ad supplendam lineam istæ literæ sufficere non possint, unam atque alteram consonam Hebræi de subsequenti dictione absq; punctis ponunt, quas vicissim in nova linea cum punctis repetunt.

Legem hanc transgrediuntur.

1. *Nomina propria*, in quibus voces solent discerpi,

discerpi, ut יְשׁוּב שְׁאָר Jes.7. 3. quæ per Maccaph rursus sæpè connectuntur: ut, בִּן־יָמִין 1 Sam.9.1.

2. *Tres dictiones* in quibus ultima litera pertinet ad initium sequentis vocis: ut, וְהָיִיתָה מוֹצִיא *& fuisti educens*, 2 Sam 2.5. יָדַעְתָּה שַׁחַר *novisti auroram?* Job 38. 10. וּמִתַּחְתָּה לְשָׁכוֹת *& sub cellis*, Ezek. 42.9.

3. *Unica dictio*, cujus initialis litera pertinet ad præcedentem vocem: ut, שָׁם הַפְּלִשְׁתִּים *quo Pelischtæi*, 2 Sam.21.12.

4. *Novem voces*, quæ scribuntur conjunctim, sed leguntur divisim: ut, בָּגָד *venit turba*, pro בָּא גָד Gen. 30. 11. מַזֹּה *quid hoc*, Ex. 4. מַלָּכֶם *quid vobis*, Jes.3. מֵאִשְׁתַּם *ab igne consumptum est*, Jer.6. הֲנֵהוּ *ecce ipse*, Jer. 8. מֵהֶם *quid ipsi*, Ezek. 8. יַשִּׁימָוֶת *vastabit mors*, Psal.54.16. אַלְקוּם *non surgere*, Pro. 30. חֵלְכָּאִים *viribus attriti*, Psal.10.10.

5. Denique *quatuor aliæ dictiones*, quæ scribuntur divisim, at legendæ sunt conjunctim: ut, בְּחַר בָּתֵּיהֶם *in gladiis suis*, 2 Par.34.5. פְּקַח־קוֹחַ *omnimoda apertio*, Jes. 61. 1. מִן הַמְּעָרָה *ex spelunca*, 1 Sam.24. pro מְ׳ מִהַ׳ *& sic* מִן הַבְּהֵמָה *à jumento*, 1 Reg.18.

SECTIO SECVNDA.

De punctis vocalib. propriè dictis.

Puncta vocalia propriè dicta, statam cum litera absolvunt syllabam, &	Hodiè pinguntur per figuras ac dividuntur in	Longa, R. 8.
		Brevia, R. 9.
	Olim notabantur per literas, R. 10.	

Regula octava.

Puncta longa cum quadam mora proferenda sunt quinque.

Cametz	בָ *bA*	Conjungimus ea cum litera ב ut eò facilius eorum situs appareat.	
Tzeri	בֵ *bE*		
Chirek magnum	בִי *bI*		
Cholem	בוֹ *bO*		
Schurek	בוּ *bU*		

Ex his tria sustentantur à suis fulcris:

I. *Chirek magnum à Iodh*, quod tamen sæpè desideratur, & tum *Omne Finale* (·) *sustinens accentum, Medianum autem, fulcitum retinaculo Metheg, est Chirek magnum*: ut, דָּוִד *Davidh*, quod rursus in libris post Jeremiam scriptis occurrit דָּוִיד Sic וַיִּצֶר *& formavit*, Gen. 2, 19. quomodo semper occurrit, excepto Cap. eodem vers. 7, ubi de Creatione hominis est sermo.

II. *Cholem sustentatur à Vau*, quod etiam non rarò fulcrum suum perdit, & tum ad latus sinistrum ejus literæ nudum punctulum cum quâ

uâ movetur, apponitur, *h. m.* תּוֹלְדוֹת *generationes*, quæ vox (notante Massora) bis tantum ccurrit plenè cũ duplici ו Gen. 2. & Ruth. 4.

Contingit autem hoc

Semper, 1. In Nominibus Divinis יְהֹוָה אֱלֹהִים אֲדֹנָי 2. In nominibus segolatis: t, אֹרַח קֹדֶשׁ ubi (-) vicarium est pro (‥) 3. nte dagesch: ut, סֻבּוֹ 4. Ante scheva mutum um accentu: ut, קֻמְנָה

Ut Plurimum, Cum consona ו, cujus ndicium est alia vocalis contigua: ut, יֹוֶה *love* xc. גּוֹיִם *Gojim.*

Sæpe cum שׁ. Idque cum puncto ejus extro, cum præcedens consona vocali destiitur, ut, מֹשֶׁה *Mosché*: cum sinistro, quoties psa litera puncto caret: ut שֹׂחֶה *soché.* Hinc eminum literæ שׁ punctum si adsit, alterum ilius est, alterum verò Cholem: ut, שֹׁנֶה *schoné.*

III. *Shurek itidem sustentatur à Vau*, quod amen quoties præter punctulum suum aliud, ppositum continet, Dagesch forte est: ut, קִוּוּ. *kiv-va.*

Nota.

Irregulariter *Chirek magnum* sustentatur à Vau: ut, סוּג *scoria.* E contra *Cholem* à Jodh, t, כֹּים *calix.* Itidem *Schurek* reperitur in gremio litteræ Jodh: ut, הֻיאח *visio.* Sed taljum

Kethibh, per τὸ *Keri* in margine Biblico est notatum.

Regula nona.

Puncta Brevia celeriori motu efferenda sunt etiam quinque.

Patach	בַ	*Ba*
Segol	בֶ	*Be*
Chirek parvum	בִ	*Bi*
Cametz chatuph	בָ	*Bo*
Kybbatz	בֻ	*Bu*

Differentia hujus (ָ) à (ָ) longo nota est

Vel Ex Formatione, & à potiori, eò quod *Omne* (ָ) *profectum ex Cholem*, *sit* (ָ) *chatuph*: ut, קָדְשִׁי *kodschi* ex קֹדֶשׁ *sanctus*, &c.

Vel Ex Positione & à consequenti, cum videlicet ponitur

1: ante gutturalem cum (ֳ) notatam: ut, מָאֳחָז *mo-o-chaz*, אָהֳלוֹ *oholo*.

2. ante (ְ) illudq; semper si sit { duplex, ut, יָקְטְאֵל *jok-teel.* simplex absq; virgula Metheg: ut, חָכְמָה *choch-ma.*

3. ante dagesh forte sine accentu tonico: ut, חָנֻּנוּ *rhon-nu*, חָנֵּנִי *Chon neni.*

4. ante ultimam mobilem { accentu tonico non fultam: ut, וַיֵּשֶׁב *vaj-ja-ſchobb.*
linea Maccaph ſtipatam: ut, כָּל־ *kol.*

NOTA.

Plurimi Grammatici ſcribunt hoc (◌ָ) cum (◌ְ) h. m. (◌ֳ) Et quidem illi imperitioribus conſulere volentes, ipſimet miſerè confundunt (◌ָ) breve cum (◌ָ) rapto: idque 1. *In pronunciatione.* Nam figura hæc (◌ֳ) compoſita eſt ex (◌ָ) & (◌ְ) ac proinde à ſuis principiis conſtitutivis, etiam ſortiri debet nomen, videlicet, ut appelletur Scheva compoſitum. At omne (◌ְ) compoſitum eſt punctum ἀσύστατον ſyllabam non conſtituens; (◌ָ) parvum autem eſt vocalis συστατική: Igitur in pronunciatione quantitas eorum minimè confundenda eſt. 2. *In ſcriptione.* Nam (◌ָ) aptum eſt ſubſcribi literis omnibus; hoc autem (◌ֳ) propriè gutturalibus ſolum. Deinde, illud admittit poſt ſe Dageſch forte, aut (◌ְ) mutum, huic autem nullum horum competit. Non dageſch, quoniam hoc poſtulat ſtatum nexum cum precedenti vocali, cujus punctum raptum capax non eſt. Non etiam (◌ְ) mutum, ſive expreſſum, nam ſic duplex vocalis aſyſtata ſimul moveretur; ſive ſubintellectum, nam hoc tanquam irregulare à Maſſora parva eſt notatum ad cap. Exod. 19. 24. & 21. 11.

Regula decima.

Ad omnium vocalium ſonos exprimendos, olim in Codicibus non punctatis tres quieſcentes אוי *Matres Lectionis dictæ, dictionibus inſerebantur;*

א indicabat *a*, ו notabat *o* vel *u*, י autem *i* vel *e*. Et quamvis ad facilitatem lectionis intercalarentur, non tamen niſi à linguæ peritis pote-

rant

rant dignosci, an vocalium, an verò conson-
rum vice fungerentur. Hinc etiam factum, ut
postquam vocales omnibus exemplaribus su-
peradditæ fuerint, rudera tamen hujusmodi
lectionis in vocibus benè multis remanserint,
א in paucioribus: ut דאג *piscis*, בלאת *in abscon-
dito*, וקאם *& consurget*, משאת *mutuum*, & in a-
liis quibusdam, quæ vulgò cum א *protractivo*
scribi dicuntur. ו inseritur 70 dictionibus, ut,
אצורך *formarem te, &c.* & sæpè per metathesin,
ut, חץ שוחט *sagitta tracta*, Jer. 9. 8. quod se-
cundum literas est Pahul, at secundum puncta,
Benoni Kal, &c. י in multis dictionibus man-
sit post (..) ut, תיעשה *fiet*, איתם *integer ero*, ריעכם
amicus vester, &c.

Et hic obiter noto, quod Jodh non tantum
fuerit index vocalis longæ (..) verum etiam
brevissimæ (:) ut, תהלתיך *laus tua*, Ps. 9. חסידיך
beneficum tuum, Ps. 16. שביליך *semita tua*, Ps.
77. דבריך *verbum tuum, &c.*

SECTIO TERTIA.

De Puncto vocali impropriè dicto.

Punctū vocale impropriè dictum, stadam cum litera non absolvit syllabam, sed raptam, diciturque Sheva, quod aut est
- Simplex, cujus potestas duplex,
  - Una in pronunciando, & dicitur Mobile, Reg. 11.
  - Altera in connectēdo, & dicitur Quiescens, quod vel
    - Expressum, R. 1[...]
    - Subintellectum
      - Elici[...] R. 1[...]
      - vicari[...]
      - [...]
- Compositum triplex, R. 15.

Regul[...]

Regula undecima.

Scheva simplex effertur per E rapidissimum, semper ab initio vocis; in medio autem post vocalem naturâ longam, vel post socium.

Scheva notatur duobus punctis sub litera erectis h. m. בְּ & legitur, 1. *ab initio dictionis*: ut, פְּקַד *pe-kadh*, idque rapidissimè q. *pkadh*; est enim (:) idem auribus, quod fulgetrum oculis. 2. *post vocalem longam*: ut פָּקְדוּ *pa-ke-dhu*; aut etiam longæ vicariam: ut, גְּבֻלְךָ *gebhulecha*, quod est pro גְּבוּלְךָ Sic יְרְאוּ *jireu*, quod est pro יִירְ. Ita, מִרְדֹף *miredoph*, pro מִר. Sin autem vocalis longa sit accentu tonico fulta, (:) hoc dissimulatur. 3. *post socium*, h. e. aliud Scheva, sive illud fuerit expressum: ut, תִּפְקְדוּ *tiph-ke-dhu*, sive *sub litera dageschata* subintellectum: ut, פִּקְדוּ *pak-ke-dhu*, q. פִּקְקְדוּ quod etiam de omni litera *suâ naturâ dageschanda* accipi debet, licet ex ea dagesch exciderit; & tunc virgula Metheg vicem ejus supplere consuevit: ut, וַיְהִי *va-je-hi*, הַמְכַסֶּה *ha me cas se*, מִמְלֶךְ *mi me loch*, הַלְלוּ *halelu*.

Addunt Grammatici, Scheva legi 1. *ante* ... Resp. 1. Nullâ authoritate probatâ nitun-

tur, nisi fortè eò recurrere velint, quod LXX aliquando (:) ante gutturalem reddiderint per vocalem: ut, יְצְחָק *Isaac*, גְלְעָד *Gilaad*. 2. Duo (:) sic simul legerentur; in his & similibus vocibus, יְשְׁאֲבוּ בְּמְאַךְ מְלְאֲבֵי. 3. Hac lectione tollitur discrimen inter יְרְאוּ. *jireu* timere, & יְרְאוּ *jir-u* videbunt.

2. *Scheva legi post Metheg.* Resp. Non post omne, Nam 1. Scheva simplex sub gutturali nunquam legitur, quam tamen sæpè præcedit Metheg: ut, יְהְיֶה תַּעְלֶה. 2. Dagesch lene, sæpè sequitur hujusmodi Scheva, nunquam autem (:) mobile: ut, וַיַּחְדְּלוּ Gen. 11. 8. תְּהְבְּלוּ ubi pro Metheg, est supernum Mahpach. Itaq; legitur (:) post Metheg vicarium vocalis longæ, aut Dagesch fortis.

3. *Sub litera geminata.* Resp. non quat. geminata, sed quat. includit dagesch.

NOTA.

Scheva mobile sonum suum videlicet E rapidissimum, cum aliis vocalibus aliquando commutat, idque in casibus quatuor.

1. Habens post se literam ' notatam alio puncto quam (·) proximè accedit ad sonum vocalis *i*: ut בְּיוֹם *bi jom*, בְּיַד *bi jad*, לְיָם *li jam*.

2 Ante gutturales sono sequentis puncti dilatatur: ut, נְעָרָה *gahara*, תְּהִי *tibi*, פְּעוֹר *Pohor*, antiquè *Phogor*, שְׂאוּ *suu*.

3. Post

3. Post Metheg sonat *a* brevissimum: ut, פָּקְדָה *pakadha*; & sic nonnunquam per (ֳ) exprimitur, ut, מֵֽאֲנָשִׁים *ab hominibus*, וְשִׁמַע *& audi*.

4. Gajatum scheva (i. e. Accentu Euphonico Gaja affectum) nisi sit ante gutturalem aut (י) instar vocalis suæ allevatæ pronunciatur: ut, זָֽכַר *zacar*, ex זָכַר שְׁלָמִים *schalemim*, ex שְׁלָם.

Sed hæc non ab omnibus æquè observantur. Veteres, Scheva expresserunt aliquando per *a*: ut, כְּנַעַן *Canaan*. Sic *Sabaoth*, σαβαώθ, *Samuel*. Aliquando per *e*: ut, כְּרֻבִים *Cherubim*. Sic *Iericho*, *Debora*: vel per *η*, ut, הַלְלוּיָה ἀλληλούϊα. Aliquando per *o*, סְדֹם *Sodom*, *Gomorrha*, *Solomon*: vel *υ*: ut, פְּלִשְׁתִּי φυλιστιαῖος, &c. Atque sic *Scheva* nomen habebit à שָׁוָה *assimilavit*, eò quod omnium punctorum sonis assimiletur.

Hodiè plerique potestatem ejus tantùm in *trahendo* sive connectendo literam ad subsequentem vocalem asserunt, quod à veritate alienum: dantur enim voces in quibus impossibile est ut Scheva sine aliquo motu nectat suam literam cum sequenti: ut, נִמְלִים רְשָׁעִים

Regula duodecima.

Expressum Scheva quiescit semper in fine dictionis, & in medio post vocalem bre-

brevem, vel ante socium: ut, פָּקַדְתְּ *pakadbt,* קֹשְׁטְ *koscht.*

Scheva quiescens hoc officii habet, ut connectat suam consonam cum præcedenti vocali, unde poterit dici *Scheva connexivum,* & sic nomen habet vel à שָׁוְא *frustra,* nihil enim sonat, vel à שׁוּב *redire,* eò quod quodammodo faciat redire suam literam ad præcedentem vocalem; vel denique à שָׁבָה *captivum duxit,* cujus enim litera captivatur à præcedenti vocali.

Regula 13.

Subintelligitur Scheva connexivum sub omni litera graviter dageschata, nec non omni finali mobili, vocali destitutâ.

Scheva connexivum sive mutum, est vel visibile, de quo in præcedenti Regula, vel invisibile sive subintellectum, de quo in præsenti. Et hoc rursus est vel in medio, vel in fine. Utriusque exemplum est פִּקֵּד *pak-kedh,* quasi פִּקְקֵדְ ubi ק dagesh forti affectum, includit alterum ק cum (:) Similiter sub finali ד concipitur (:) cujus ope hæc litera copulatur cum præcedenti vocali.

Regula

Regula 14.

Elicitur Scheva sub illâ litera mobili, quæ ante fuerat ultima, cum ei aliquid syllabici accedit, item sub omni ךְ *finali puro, nec non sub* בָּרֶק *&* טִפֶּת *quando aliud* (:) *vel* (-) *genubba præcedit: ut,*

פְּקַדְתָּ ex פָּקַד ubi (:) sub ד propter additamentum תָּ Sic הָדָךְ ubi ךְ purum, absque alia vocali. Sic וַיִּשְׁבְּ & *captivam fecit,* בְּ cum (:) propter aliud præcedens. Ita וַיֵּרְדְּ *& dominabitur,* נֵרְדְּ *nardus* יְפַתְּ *alliciet.* In unica voce cum ק: ut, וַיַּשְׁקְ *& adaquavit.* Bis in ט ut, יֵשְׁטְ *declinabit,* קֹשְׁטְ *veritas.* Semel in תּוֹסְףְ *adjicies.* Item לָקַחַתְּ *accepisti,* יִחַדְּ *lætatus est*: in quibus est (:) in ultima, propter præcedens (-) Furtivum.

Licebit autem hoc Scheva appellare *Elicitum*, eò quod cum naturâ suâ debebat esse latens, sub istis literis in tali vocum positione in lucem educitur.

NOTA.

Irregulare & rarum est (:) sub *Thau* post præcedentem quiescentem cum vocali longâ: & hoc tantum in quatuor locis fieri notatum est à Massor. Gen. 3. 13. 2 Sam. 14. 2. & 3. 1 Reg. 17. 13. Vana est igitur conjectura illorum, qui Es. 7. 14. illud *Vekarath (& vocabis)* dicunt esse tertiam personam fœm. propterea

quòd *Thau* destituatur (:) cum tamen illud in secunda pers. fœm. natur â suâ post quiescentem abesse necesse habet.

Regula 15.

Vicem Schevatis subintellecti subit Patach Furtivum, sub finalibus עחה *post quamvis vocalem longam,* (excepto duntaxat Cametz) *& ante consonam effertur:* ut, דֵּעַ *scientia,* שִׂיחַ *meditatio, &c.*

Sed incremento accedente, evanescit: ut, בְּרִיחַ *vectis,* pl. בְּרִיחִים

Præterea in forma פָּקַדְתָּ afficit etiam præcedentes literas penultimas: ut, גָּבַהַתְּ *exaltas te,* ex גָּבַהּ יָדַעַתְּ *novisti,* שָׁמַעַתְּ *audivisti, &c.* quod etiam bis imitatur unicum Futurum kal. יִחַדְּ *jiachdb lætatus est,* ex חָדָה Ex. 18. 9. Job. 3. 6.

Nota.

Dicitur hoc *Patach Genubha* sive *Furtivum*; vel quod furtim, præter vocis analogiam sub istis literis est adscitum, & sic etiam in pronunciatione furtim sese subducit ante suam consonam. Vel quod sonus ejus sit tàm properus, ut vix audiri possit, ac non aliter fugiat ex auribus, quam fur ex oculis.

Regula 16.

Scheva compositum quod constat ex Scheva simplici & vocali brevi, est triplex.

Chateph sive raptum	*Patach*	ֲ	a
	Segol	ֱ	e
	Cametz	ֳ	o

Scheva Compoſitum eſt ſoni paulo latioris quam Scheva ſimplex, & ex vocalibus brevibus propter compoſitionem cum ſimplici, brevius eſt factum. *Eſtque proprium gutturalium, in aliis tantum adventitium.* Et (ֱ) tantum ſub ſolis gutturalibus ponitur (ֲ) & (ֳ) etiam ſub aliis.

Uſitatiſſimum autem eſt (ֲ) 1. ſub litera continuò repetita : ut, צָלֲלוּ *profundum petierunt.* 2. ſub מ participiali Pihel præcedente ה emphatico : ut, הַמֲדַבְּרִים *loquentes,* הַמֲקַבְּרִים *ſcepelientes.* 3. in voce Iambica, ſi ei accedat præfixum : ut, וַזֲהָב *& aurũ,* ex זָהָב Sic מִמֲּתִים *ab hominibus,* ex מְתִים 4. poſt Metheg in voce אֲמָרוֹת *verba,* & in verbo בֵּרֵךְ ut, תְּבָרֲכוּ &c.

(ֳ) ſupponitur literæ ſchevatæ, quæ excludit dageſch : ut, לֻקֳחָה *deſumpta eſt,* Gen. 2. 23. Præt. Pyhal pro לֻקְּחָה בַּסְעָרָה *in turbine,* 2 Reg. 2. pro בַּסְּ

SECTIO QVARTA,

De punctis pronunciationi inſervientibus.

Puncta pronunciationi inſervientia ſunt { Dageſch { Lene, Regula 17. Forte, Reg. 18. } Mappik, Regula 19. }

Regula 17.

Dagesch Lene sex literas בגדכפת *roborat, & ex aspiratis facit tenues sive lenes.*

Dagesch est punctum pungens ventrem literæ, venit à Chaldæa voce דְּגַשׁ *pupugit*. Officium ejus est gravitatem quandam literis addere, pro quâ vi statuitur duplex, Lene & Forte.

Literarum Begad-cephat potestas est duplex: Raphata, & Lenis. *Raphata est cum aspiratione H*, ut ב *bh*, ג *gh*, ד *dh*, כ *ch*, פ *ph*, ת *th*. Hanc

Olim repræsentabat virgula transversa dicta *Raphe* (à רָפָה *remissum esse*) hoc modo: כ̄ ד̄ &c. & jam non reperitur nisi Gen. 2. 15. in לְעָבְדָהּ & in Decalogo ter, Exod. 20. Deut. 5.

Hodie intelligitur quoties istæ literæ Dagesch leni destituuntur, idque

1. ab initio dictionis illius, quam præcessit aliqua litera Quiescens אהוי aut vocalis terminans: ut, כִּי בָלוֹ בִיגוֹן

2. in medio & in fine vocis post omnem vocalem propriè dictam, aut etiam post (:) mobile: ut, וּבֵרַכְךָ

Nota.

Nota. Post literam quiescentem aut vocalem terminantem impeditur Raphe.

1. Si vox è duabus ex Begad-cephat incipiat: אמונתך בפי Ps. 89. 2. Ubi pauca rursus usu observanda, excipies.

2. Si præcedens dictio habeat accentum Chronicum, vel Euphonicum Pesika. והוא כחתן Ps. 19. 6. הנה׀ ברכו Ps. 134. 1.

Lenis est absque aspiratione H; ut, בּ *b*, גּ *g*, דּ *d*, כּ *c*, פּ *p*, תּ *t*. Idque 1. ab initio cujuslibet dictionis, versus, aut capitis; ut, בצדה תשים *in latere ejus pones.* 2. in medio post (:) mutum; ut, נלכד *captus fuit.* 3. in fine post (:) quiescens, vel (-) furtivum; ut, פקדת יחד.

Rursus. Euphoniæ ergo post (:) mutum dissimulatur. (a) In *Verbis* in tertia radicali Futurorum & Infin. kal. ut, יעמדו חרבו פקדי Infin. cum parag. אברן קרבה aut cum affix. פקדם &c. (b) *In Nominibus*, si sit 1. primitivum in dictione absoluta; ut בבכי à בכי *fletus.* 2. si sit ex (-) vel (..) profectum; ut, בדברך ex דבר *verbum* חנפי ex חנף *hypocrita.* 3. si sit ante affixa; ut, בגדי *vestis mea.* 4. si sit ante terminationem ות ut, מלכות *regnum.* Excipe תרבות *multitudo.* (b) In *Pronominibus affixis*, כם & כן ut, לבבכם *corda vestra*, ומתכן *scelus vestrum.*

Regula 18.

Dagesch Forte, literas (non gutturales vel Resch) *duplicat, & insuper à literis Begad-cephat aspirationem tollit.*

Regulariter sequitur vocalem brevem quamcumque: ut פִּקֵּד *pik-kedh.* Longam non, nisi in vocibus Milhel. (excepto בָּתִּים quæ est Milra) idque post (ָ) (ֵ) vel (ֹ) tantum: ut, אָנָּא *anna obsecro,* &c. Post Chirek longum vel Schurek, quatenus sunt vocales longæ, non occurrit dagesch: sed quatenus repræsentant vocales breves, ut, יוּלַּד pro יֻלַּד Sic הֲמִיתֶם pro הֲמִתֶּם

Regula 19.

Mappik est punctum educens literam ה *ex quiete in motum.* Venit à voce Chald. נְפַק *eduxit.* Hinc particip. מַפִּיק *educens* scil. punctum. Pingitur eadē formâ quâ Dagesch.

Ponitur in solo ה finali ut doceat illud conatu quodam efferendum. Idque tantum in quatuor Verbis perfectis, tribus imperfectis. Itemque duobus Nominibus, ac unico Pronom. affixo ה.

Rursus, *Mappik perit, dum* ה *accipit vocalem:* ut, גָּבְהוֹ

Nota

Nota. Olim Mappik notabatur per Raphe. Vestigia ejus videntur in הִוָּסְדָהֿ Ex. 9. 18. & יָהֿ Zach. 5. 11.

Sect V. De Syllaba.

Syllaba ratione combinationis literarum cum vocalibus est { Pura, Regula 20. Mixta, Reg. 21.

Regula 20.

Pura s. simplex syllaba constat unicâ consonâ & unica vocali, cum videl: consona inchoat lectionem, & vocalis terminat.

Eam absolvit 1. Vocalis longa: ut, פָּ *pa* (nisi ob alienum officium propriam naturam deponat: ut, גְדוּלָּה *magnificentia*, pro גְּדֻלָּה) 2. Brevis, in vocibus Milhel. ut, יֶבֶן בֶּגֶר.

Regula 21.

Mixta seu Composita syllaba, constat pluribus consonis, & una vocali; cum videlicet consona incipit syllabam, & una vel duæ terminant.

Eam constituit punctum vocale 1. Magnū, in fine dictionis, cum accentu notatum: ut, בֵּן *ben*, גַּג *tectum*, קִיר *paries*. 2. Parvum, sequente Scheva muto, tàm expresso quàm subintel-

intellecto: פִּקֵּד פֻּקַּדְתְּ 3. Brevissimum. Scheva scilicet *Simplex* mobile, connectens suam consonam sono rapidissimo literæ sequenti: ut, פְּקוֹד *pekodh*, quasi *pkodh* פְּרִי *peri*, quasi *pri*. Quiescens, jungens suam consonam literæ præcedenti: ut, נִלְכַּד *nil-cadh*. *Compositum* copulans suam consonam sequenti, eadem quantitate, quâ Scheva simplex vocale; ut, הֲלִיךְ *halich* quasi *blich* חֳלִי *cho-li* quasi *chli*, &c.

NOTA,

In metro syllaba *Longa* est, quæ cum debita mora effertur, *Brevis*, quæ rapidissimo sono corripitur. De qua cum non sit nostri instituti agere, Lectorem remitto ad Lyram Davidicam D. *Franc. Gomari*.



Caput Secundum
DE VERBO PERFECTO.

SECTIO PRIMA.
De literis Verbi Constitutivis

[Literæ Verbi constitutivæ sunt vel

- Radicales sive essentiales, quæ ad substantiam thematis pertinent, Reg. 21.
- Formativæ s. Accidentales, quæ passionib. Gram. inserviunt. Suntque
  - Antecedentes, Reg. 22.
  - Characteristicæ: videl.
    - Conjugationis
    - Temporis } R. 23
  - Consequentes formativæ
    - Sexus
    - Numeri
    - Personarum } R. 24

Regula

Regula 21.

Radix perfecta, tribus constat literis, earum prima (non dageſchata) *accipit Scheva, quoties ei formativa præfigitur:* ut, הִפְקִיד נִפְקַד Excipe conjugationes dageſchatas ſecundam & quartam: ut, אֲפַקֵּד &c.

Regula 22.

Literæ formativæ antecedentes, naturâ ſuâ poſcunt Scheva, ſi non ſequatur dageſch. Dicuntur *Præformantes*, quoniam radicalibus præfiguntur: ut, יִפָּקֵד.

Regula 23.

Characteriſticæ temporis, excludũt characteriſticam literam conjugationis; itemque temporis illius, ex quo deſcendunt, ejuſque punctum ſuſcipiunt: ut, ex Præt. נִפְקַד fit Futurum הִפָּקֵד Sic in Hoph. ex הָשְׁלַךְ fit particip. fœm. מָשְׁלֶכֶת pro מְהָשְׁ

Regula 24.

Formativæ consequentes, regulariter præmittunt sibi Scheva. Illudque 1. Immobile elicitum, ante afformantes syllabicas: ut, פָּקַדְתָּ ex פָּקַד Sic פָּקַדְנָה ex פָּקַד 2. Mobile ex puncto terminali profectum, ante afformantes assyllabas: ut, פָּקְדָה ex פָּקַד Item פָּקְדוּ &c. Et hoc ipsum est quod alias dictum.

Terminationes istæ ה ִ י & ו. *punctum à se proximum mutant in Scheva.*

Dicuntur autem ista augmenta consequentia *Literæ afformantes*, quoniam Radicalibus postpositæ, afformant genus fœmin. numer. plur. & personas.

SECTIO SECUNDA.
De Accidentibus Verborum.

- Verbo accidunt
  - Tempus
    - Homogeneũ, cujus forma flexioq; verbo propria & nativa est. estq;
      - Finitum
        - Præteritum, Reg. 25.
        - Futurum
          - Imperans, Reg. 26.
          - Promittens, R. 27.
      - Infinitum, vulgò Infinitivus modus, R. 28.
    - Heterogeneum, quod Nominis flexionem habet, estque Participium, Reg. 29.
  - Persona, Regula 30.

Regula 25.

Unicum Præteritum, omnes species Præteritorum includit: ut, פָּקַד *Visitabat*, *Visita-*

Visitavit, Visitaverat, Visitavisset: quod autem quoquo loco exprimi debeat, ex tenore sententiæ judicandum.

Regula 26.

Imperativus, Futurum & Infinitivus, eandem ferè ultimã in eodem ordine habent. Atque sic Imperativi, cum Infinitivis semper coincidunt, nisi quod Imperativ. in Kal aliquando incipit à (ְ) & semper in reduplicatione.

Nota. Passivæ Conjugationes, carent Imperativo, quia patienti propriè non imperamus, non enim ei possumus imperare id, quod non in illius, sed in alterius est potestate. V. G. Si quis velit dicere הֻרַג *occidere tu*, scil: ab alio, in alterius enim arbitrio hoc est positum, non in imperantis nec patientis manu. Sic neque Niphal quatenus passiva est, habet Imperativum: sed quatenus habet significationem Activam vel reciprocam: ut, הִשָּׁמֵר *custoditor*, i.e. observa te ipsum. הִנָּקֵם *ulciscere*, i.e. ultorem te exhibe.

Regula 27.

Literæ אהוינ *Imperativis per omnes Conjugatio-*

Regula 24.

Formativæ consequentes, regulariter præmittunt sibi Scheva. Illudque 1. Immobile elicitum, ante afformantes syllabicas: ut, פְּקַדְתָּ ex פָּקַד Sic פְּקַדְנָה ex פָּקַד 2. Mobile ex puncto terminali profectum, ante afformantes assyllabas: ut, פָּקְדָה ex פָּקַד Item פָּקְדוּ &c. Et hoc ipsum est quod alias dictum.

Terminationes istæ ָה ִי & ו. *punctum à se proximum mutant in Scheva.*

Dicuntur autem ista augmenta consequentia *Literæ afformantes*, quoniam Radicalibus postpositæ, afformant genus fœmin. numer. plur. & personas.

SECTIO SECVNDA.
De Accidentibus Verborum.

- Verbo accidunt
  - Tempus
    - Homogeneũ, cujus forma flexioq; verbo propria & nativa est. estq;
      - Finitum
        - Præteritum, Reg. 25.
        - Futurum
          - Imperans, Reg. 26.
          - Promittens, R. 27.
      - Infinitum, vulgò Infinitivus modus, R. 28.
    - Heterogeneum, quod Nominis flexionem habet, estque Participium, Reg. 29.
  - Persona, Regula 30.

Regula 25.

Vnicum Præteritum, omnes species Præteritorum includit: ut, פָּקַד *Visitabat, Visita-*

Visitavit, Visitaverat, Visitavisset: quod autem quoquo loco exprimi debeat, ex tenore sententiæ judicandum.

Regula 26.

Imperativus, Futurum & Infinitivus, eandem ferè ultimã in eodem ordine habent. Atque sic Imperativi, cum Infinitivis semper coincidunt, nisi quod Imperativ. in Kal aliquando incipit à (ִ) & semper in reduplicatione.

Nota. Passivæ Conjugationes, carent Imperativo, quia patienti propriè non imperamus, non enim ei possumus imperare id, quod non in illius, sed in alterius est potestate. V. G. Si quis velit dicere הֻרַג *occidere tu*, scil: ab alio, in alterius enim arbitrio hoc est positum, non in imperantis nec patientis manu. Sic neque Niphal quatenus passiva est, habet Imperativum: sed quatenus habet significationem Activam vel reciprocam: ut, הִשָּׁמֵר *custoditor*, i.e. observa te ipsum. הִנָּקֵם *ulciscere*, i.e. ultorem te exhibe.

Regula 27.

Literæ אהוי *Imperativis per omnes Conjugatio-*

jugationum ordines præfixæ, faciunt emergere Futurum: atque sic Futurorum personis discernendis istæ literæ deserviunt. א notat primam personam, ת secundam in utroq; numero, nec non tertiam fœmininam, ׳ tertiam masculinam in utroque numero, נ primam pluralem.

Regula 28.

Literæ בְּכְלָם *Infinitivo certam temporis circumstantiam important.*

Infinitivus est vel *absolutus*, absque literis præfixis, vel *constructilis* cum literis *Bachlam*, ubi ב notat *in*; כ *cum, quasi, secundum, juxta*; ל *ad, ut*; מ *a, ex*; vel *ne.*

Regula 29.

Participia quoad formationem sunt pura nomina, at significationem nominalem & verbalem includunt, & non tantùm actum, sed & habitum notant.

Duplex est Participium. Præsens, dicitur *Benoni*, i. e. inter medium, scil: inter Præteritum & Futurum. Ejus extra conjugationem Kal & Niphal, litera præformans est מ. Sumitur

tur autem Benoni 1. pro tempore præſenti idque ſemper cum Pronominibus integris: ut, אֲנִי יֹשֵׁב *ego ſedens*, i. e. ſedeo, &c. 2. pro Nomine adjectivo: ut, שֹׁמֵר *cuſtodiens*, & *cuſtos*: quorum hæc eſt differentia; *Benoni* tantum dicitur de agente qui in actione eſt, *Nomen* autem de eo, qui in actione aliqua frequenter fuerit, etiamſi tùm, cùm ita appellatur non agat: Cujuſmodi differentia eſt inter *Benoni* גּוֹנֵב *furans*, qui re ipſa furatur: & *nomen* גַּנָּב *fur*, qui cõſuevit furari, etiamſi jã actu non furetur.

Præteritum, dicitur à forma *Pahul*, & propriè tantum in Kal reperitur, idque in ſolis verbis tranſitivis: propterea quod reliquæ Conjugationes, in ſe paſſionem includant. Sunt tamen quædam, quæ habet formam Participii Paſſivi Conjugationis ſecundæ, quæ vulgò ad Participium Præſens Pyhal referuntur: לֻקָּח *ſublatus*, אֻכָּל *conſumptus*, וְהַזּוּרֶה *qui aſpergitur*, Jeſ. 59. 5. quod tamen potius eſt Pahul Kal cum (ּ) loco (ׂ) à זור. Aliis etiam ſunt pura Nomina.

Regula 30.

Prima quælibet perſona eſt communis, ſecunda genere diſtincta, tertia in utroque genere in plurali numero eadem.

 Perſona

Perſona eſt ſpecialis terminatio Verbi, ac ex Pronominibus integris, iiſdem quodammodo truncatis deſumpta : ut, פָּקְדָה *viſitavit illa* ה ex הִיא *illa.* פָּקַדְתִּי *viſitavi ego.* תִּי ex אֲנִי *ego*, per commutationem literarum ejuſdem inſtrumenti נ & ת. Sic, פָּקְדוּ *viſitaverunt illi*, vel *illa*, ו ex Pronom. Demonſtrat. זו *iſti iſta.* Ita in Imperativ. פִּקְדִי *viſita tu* fœm. (י) quaſi ex אַתְּי *tu* fœm. פְּקֹדְנָה *viſitate vos*, fœm. נָה ex אַתֵּנָה

At in Futuris ſecunda & tertia pluralis ſunt etiam eædem : quia ſyllaba afformativa נָה poteſt eſſe & ex אַתֵּנָה *vos* fœmin. & ex הֵנָּה *illa fæmina.*

Nota. Diſcriminis ergo iſtam ſyllabam נָה præcedit aliquando jod ſegolatum, ne quis putet eam eſſe pronomen affixum: ut, וַתִּגְבְּהֶינָה *& exaltaverunt ſe*, Ezek. 16. 50. צְאֶינָה *exite*, Cant. 3. 11.

Rurſus, huic ſyllabæ נָה imprimitur aliquando dageſch : ut, תִּרְאֶינָּה *videbunt*, Mich. 7. 10. & excluſo (י) תַּעֲנֶנָּה *reſpondebunt*, Jud. 5. 29. & ſic ex contextus ſerie diſtinctio ab affixo נָה, eſt petenda.

SECTIO TERTIA.

De Conjugationibus Verborum.

Conjugationes sunt 4. Reg.31. Eorum genera per dagesch discernuntur. Unde alia est	Levis, cujus media Radic. dag. caret. Estque	Prima	Kal, Reg.32.	
			Niphal, Reg.33.	
		Tertia	Hiphil, Hophal,	Reg.34.
	Gravis, cujus media perpet. dag. forte habet. Estq;	Secunda	Pihel, Pyhal,	Reg.35.
		Quarta	Hithpahel,	Reg.36.

Regula 31.

Conjugationes sunt quatuor, eæque potißimum quantum ad significationem & primas syllabas variant.

Flexio Verbi per tempora & personas dicitur *Conjugatio*, eā propriè loquēdo apud Hebr. est tantum unica; eadem enim est temporum formatio, eademque personarum terminatio. Formatio tam arcto nexu inter invicem est juncta, ut si te probè in Conjug. prima exercueris, sine impedimento in reliquis progredieris, modò ut te moneam, diligenti animadversione in primas syllabas & Characteres advertas, opus est.

NOTA.

Signficatio ejusdem vocis pro diversitate characterum est diversa. Namque *Prima* conjug. est significatus levis: *Secunda*, intensi. *Tertia* transferentis. *Quarta*, reciproci. Multa autem verba ponuntur in Conjugationibus pluribus, non tamen in omnibus quodlibet est usitatum, nec aliquod in omnibus.

Nomina earum sunt desumpta ab antiquo paradigmate פָּעַל quod deductum per initia Præteritorum, exhibet hujusmodi voculas נִפְעַל *Niphal*, פִּעֵל *Pihel*, פֻּעַל *Puhal*, &c. juxta quæ diversa flexio indigitatur. Hodiè autem à posterioribus Grammaticis propter mediam radicalem, rejectum est, ac pro eo substitutum פָּקַד.

Regula 32.

Prima Activa, vocatur KAL, cujus Præt. tertia pers. masc. ipsum thema exhibet, habens sub primâ radicali (-) sub secundâ (-) vel (··) rarissimè appositum cholem.

Terminatio (-) promiscua est in verbis Activis & neutris. (··) ut plurimùm venit in verbis absolutis: ut, זָקֵן *senuit*, חָפֵץ *voluit*. At Cholem, solùm invenitur in verbis neutris: ut, יָכֹל *potuit*, יָגֹר *timuit*, קָטֹן *parvus fuit*. Singulæ hæ terminationes, unico versu comprehēduntur, Ex. 40. 35. Quin etiam unum idemque

verbum,

verbum, hæc puncta terminalia ſuſcipere poteſt: ut, אָהֵב & אָהַב *dilexit*, שָׁכֹל & שָׁכַל *orbavit*. Duo autẽ irregulariter extra pauſam ſcribũtur cum (ָ) שָׁגָג *erravit*, Lev. 5. 18. & שָׁפָט *judicavit*, 1 Sam. 7. 17.

NOTA.

Hæc conjugatio vocatur KAL, i. e. *Levis*, quia continet 1. Verba abſoluta, quæ ſubjectum ſuum non egrediuntur, ſed actionem operantur in ſemetipſis. 2. Verba tranſitiva, ſed leviora quam in reliquis Conjugationibus.

Paradigma Conjugation. Kal.

PRÆTERITUM.

Sing.

illa Viſitavit, ille
פָּקְדָה פָּקַד

tu. f. Viſitaſti tu. m.
פָּקַדְתְּ פָּקַדְתָּ

Viſitavi ego.
פָּקַדְתִּי

Plur.

Viſitaverunt
פָּקְדוּ

fœm. Viſitaſtis. viri,
תֶּן פְּקַדְתֶּם

Viſitavimus
פָּקַדְנוּ

Nota. 1. Verba terminata (ֵ) in ſecunda & prima utriuſque numeri perſonâ mutantur in (ַ) ut, חָפֵץ חָפְצָה חָפַצְתָּ

2. Deſinentia in Cholem ſervant illud per omnes perſonas, præterquam cum accentum amittunt: tunc enim in tertiis perſonis mutantur in (ְ) in prima & ſecunda in (ָ) chatuph: ut, יָכֹל יָכְלָה יָכֹלוּ וְיָכָלְתָּ Ex. 18. 23. cum (ָ) parvo, ob rejectum accentum ad ultimam.

IMPERATIVUS.

A præterito fit Imperativi secunda persona mascul: habens sub prima radicali (:) sub secunda (ָ) vel (-) A secundâ a. pers. mascul. cæteræ formantur per literas postpositas יוּנָה

Sing.
fœm. Visita tu. vir
פִּקְדִי (a) פְּקוֹד קַד

plur.
fœm. Visitate vos. vir.
פְּקוֹדְנָה (b) פִּקְדוּ

(a) Terminatio (-) potissimùm usitata est in verbis neutris; item quorum media thematis est aliqua ex gutturalibus, aut ultima ע vel ח

(b) Ante terminationem נָה vocalis illa, quæ in secundâ mascul. finem obtinuit, manet.

FUTURUM.

Ab Imperativo fit Futurum, per præformantes אתי״נ retinetque terminationem Imperativi.

Sing.
Visitabo ego.
אֶפְקוֹד קַד
fœm. Visitabis. vir.
תִּפְקְדִי תִּפְקוֹד
fœm. Visitabit. vir.
תִּפְקוֹד יִפְקוֹד

Plur.
ni Visitabimus.
נִפְקוֹד
fœm. Visitabitis. vir.
תִּפְקֹדְנָה תִּפְקְדוּ
fœm. Visitabunt. vir.
תִּפְקֹדְנָה יִפְקְדוּ

Nota. In Futuro utroquè syllaba afformativa נָה sæpè apocopen literæ ה patitur: & tum ן venit vel cum puncto: ut, לֵכְןָ *abite*, תִּלְבַּשְׁןָ *induentur.* Vel sine puncto: ut, שְׁמַעַן *audite*, Gen. 4. 23. cum (-) loco (:) quasi ex שְׁמַעְנָה Sic קְרֶאןָ *vocate*, Ex. 2. 20. cujus forma usitatior est קְרֶאנָה

INFINI-

INFINITIVUS

פְּקוֹד & פְּקַד, vel פָּקוֹד *visitare.*

PARTICIPIUM.

Benoni.

Visitantes.	Visitans.	
פּוֹקְדִים	פּוֹקֵד	m.
פּוֹקְדוֹת	פּוֹקְדָה / פּוֹקֶדֶת	f

Pahul.

Visitati.	Visitatus.	
פְּקוּדִים	פָּקוּד	m.
פְּקוּדוֹת	פְּקוּדָה	f

Nota. 1. *Benoni* ſub prima radicali, interdum eſt cum (..) more Chaldæorum: ut, גָּדֵל *creſcens.*

2. Per *Pahul* talis notatur paſſio quæ adhuc durat: ut, עֵץ שָׁתוּל *arbor plantata,* quæ adhuc viret: קֶבֶר פָּתוּחַ *ſepulchrum apertum,* quod adhuc patet. Et ſic differt à Particip. Niph. ubi eſt paſſio citò tranſiens: ut, עֵץ נִשְׁתָּל *arbor plantata* quæ forſan jam eradicata. Ita de *domo ædificatâ* quæ adhuc permanet dices, הַבַּיִת בָּנוּי at de conſtructa & poſtea forſan deſtructa, הַבַּיִת נִבְנֶה.

Regula 33.

Paßiva, dicta NIPHAL, *aſſumit in Præterito & Participio characterem* נ :

Impe-

Imperativo & Infinitivo praefigitur ה *cum* (·) *sequente dagesch.*

Characteristica litera hujus Conjug. est נ desumpta ex נִין *proles*: est enim quasi proles respectu primae, suae parentis: illudque servat in Praet. & Particip: At Imperat. & Infinit. excludunt characterem נ & assumpto ה vocalem literae נ sibi substernunt: ad cujus defectũ repraesentandum, sequenti literae Dagesch forte imprimunt.

Connotat autem Conjugat. haec propriè passionem haerentem in se, vel etiam à seipso illatam. Psal. 51. *Sacrificia Dei sunt spiritus* נִשְׁבָּרָה *fractus* (per se) *cor* נִשְׁבָּר *confractum* (à seipso) *& contusum, &c.* 2. Pauca quaedam recipiunt passionem de manu alterius, sed leviorem quàm in reliquis Conjugat. passivis: ut, נֶאֱכַל *comestus est*, scilicet ab alio, (sed non planè devoratus) 3. Continet verba quae carent parente: ut, נִלְחַם *pugnavit*, נִשְׁבַּע *juravit*, נִשְׁעַן *incubuit*, quae quidem passivè conjugantur, at habent significat. activam, ut *Deponentia* apud Latinos. 4. Quaedam etiam constructione sunt purè activa, sed formatione passiva: ut, וְנִרְאָה אֶת־פְּנֵי יְיָ *& videbit faciem Iehovae.* נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבִּי *confregi cor meum*: quae cùm construantur cum Accusativo activè etiam reddi debent.

PRAE-

PRÆTERITUM.

Sing.

tata. Visitatus est.
נִפְקַד נִפְקְדָה

tata. Visitatus fuisti.
נִפְקַדְתָּ נִפְקַדְתְּ

tata. Visitatus sum.
נִפְקַדְתִּי

Plur.

tatæ. Visitati sunt.
נִפְקְדוּ

tatæ. Visitati estis.
נִפְקַדְתֶּם תֶּן

tatæ. Visitati sumus.
נִפְקַדְנוּ

Nota.

Terminatio præteriti est in (ַ), Participii in (ָ), reliquorũ tẽporũ in (ֵ) At *tria præter. terminantur in Cholē*: ut, נֶהְפּוֹךְ *conversum est*, וְנֶחְתּוֹם *& obsignabitur*, וְנֶעְתּוֹר *& exoratus est*. Et sic etiam in defectivis: ut, נָמוֹל *circumcisus fuit*, Gen. 17. 26. à נָמַל unde particip. plur. נְמוֹלִים Gen. 34. 22.

IMPERATIVUS.

fœm. Visitaminor. vir. — fœm. Visitare. vir.

Pl. הִפָּקְדוּ הִפָּקַדְנָה — S. הִפָּקֵד הִפָּקְדִי

FUTURUM.

Sing.

Visitabor.
אֶפָּקֵד

fœm. Visitaberis. vir.
תִּפָּקֵד תִּפָּקְדִי

illa. Visitabitur. ille.
יִפָּקֵד תִּפָּקֵד

Plur.

Visitabimur.
נִפָּקֵד

fœm. Visitabimini. vir.
תִּפָּקְדוּ תִּפָּקַדְנָה

illæ. Visitabuntur. illi.
יִפָּקְדוּ תִּפָּקַדְנָה

INFINITIVUS.

הִפָּקֵד Visitari.

Nota. Quinque Infinitivi exeunt in Cholem : הֵאָכוֹל *comedendo*, לְהֵרָאֹה *apparere*, הֵאָסוֹף *congregare*, הִנָּתוֹן *tradere*, הַאִדָּרֹשׁ *an consulendo ?* Ezek. 14. 3. ubi ה character. facilioris pronunciationis causâ, commutatum est in א.

2. *In Futuro ſecundo frequens eſt apocope cum* ו *converſivo & particulâ* אַל *abſque his verò rarior*. Uſu tamen hoc obſervatum, ה in fine rariſſimè reperiri, quando litera præfixa ex Ethan eſt י vel ת; ut, In *Kal*, וַיִּז *& aſperſa eſt*, pro

pro integro יִזֶּה à נָזָה Sic וַיַּעַשׂ *& fecit*, ex יַעֲשֶׂה Ita וַיַּעַט *& ornavit*. Et hinc forma contracta, וַיֵּאת *& venit*. Jes. 41. 25. pro וַיֶּאֱתֶה In *Niphal*, אֶפַּת pro אֶפָּתֶה *persuasus sum*, יֵחַץ *dividetur*. At יִמַּח *deleatur*, Ps. 108. 13. est cum Patach loco Cametz. In *Pihel*, וַיְכַל *& perfecit*, יְרַד *dominabitur*. In *Hiphil*, אַט *declinabo*, ex אַטֶּה cum Cametz propter pausam, Job. 23. 11. וַיַּז *& aspersit*, וַנַּךְ *& percutiemus*, quæ tria sunt ex incipientibus à נ. Sic וַיּוֹר *& jaculatus est*, pro יוֹרֶה 2 Reg. 13. 17. In *Hithpahel*, אַל־תִּתְחַר *ne accendaris irâ*, תִּשְׁתַּע *stupeto*, à שָׁעָה At תִּתְאָו *concupisces*, Prov. 23. 3. יִתְאָו *concupiscet*, Ps. 45. 12. habent Cametz pro Patach.

3. *Ablatum* ה *cum Segol, litera augmentali* אתינ *frequenter in Kal substernit Tzere*: ut, יֵז *et inspergatur*, תֵּט *declinabis*, וַיֵּט *& extendat*, quæ duo sunt à נטה. *Potissimum autem si secunda radicalis fuerit ex Begad-cephat*: ut, וַיֵּבְךְּ *& flevit*, וַיֵּרְדְּ *& dominabitur*, תֵּשְׁתְּ *bibes*, *&c.* Sicque distinguitur ab Hiphil ubi est Patach: ut, וַיַּרְדְּ *& dominari faciet*, יַפְתְּ *dilatabis*, וַיַּשְׁקְ *& adaquavit*, *&c.*

Notanter dico, *Potissimum*; nam literæ Ethan ante Begad-cephat, sæpe suum Chirek retinent: ut, וַיִּיף *& pulchra fuit*, Ezek. 31. 7. ex integrâ formâ יִיפֶה pro יִיְפֶה (scheva sub (י) mediano sublato, propter ejus vicarium Chirek)

rek) Et hæc est lectio filii *Naphtali*, i. e. Judæorum Orientalium: at secundum filium *Ascher*, i. e. Judæorum Occidentalium, prius (י) est cum Scheva, posterius cum Chirek, h. m. וַיְיִךְ Sic, וַיְּשְׁבְּ *et captivam fecit*, ad cujus formam est אַל־יְחַדְּ *ne gavisa fuisset*, Job. 3.6. cum Patach Furtivo, pro priori Schevâ.

Huc refero illud vexatissimum vocabulum תְּשִׁי *oblitus es*, Deut. 32 18. à נָשָׁה Scribitur cum י paragogico, נ radicali abjecto: estque ad formam superiorem תֵּט, quod accentu demigrante facit תֵּט. Et sic hoc loco תֵּשׁ absq; accentu fit תֵּשׁ unde forma paragogica emergit תְּשִׁי

4. *Duo verba* הָיָה fuit, & חָיָה vixit, *literis Ethan supponunt punctum asystaton, Scheva*: ut ex formis integris נִהְיֶה יִהְיֶה תִּהְיֶה אֶהְיֶה fiunt apocopatæ נְהִי יְהִי תְּהִי אֱהִי

Ratio est: Nam ablato ה unà cum vocali præcedenti, litera י ultimo loco vocali destituta, moveri nequit: ideoque ut quiescat, Scheva præcedaneum excludit, in cujus locum punctum suæ quietis homogeneum, (Chirek videlicet) adsciscit. sicque Scheva ad literas Ethan, tanquam punctum ipsis naturale, transit. Quod autem aliqui dicunt de punctorum metathesi, illud crisin grammaticam non sapit.

Huc etiam refero illud vexatum יְהוּא *erit*, Eccl. 11.3. ab הָיָה pro יִהְיֶה. & ut conjicio, refert formam compositam ex יְהִי & הוּא. Utriusque

usque ut aliquod vestigium maneat, per paragogen additur א, quiescente ו & י, unde ה nactum vocalem י, necessariò excludit Scheva, illudque ad literas Ethan trajicit.

5. Verbum וַיַּרְא *& vidit*, in Kal debebat scribi ad formam וַיֵּשֵׁב: sed א Scheva mutum non recipit, & sub ' ponitur Patach, ut pronunciatione differat à וַיִּר *& jaculatus est*; sicquè sortitur formam ex Hiphil, à quâ non nisi solâ constructione discernitur. Nam si geminum casum obliquum post se habeat, est ex Hiphil: ut, וַיַּרְא אוֹתָם אֶת־בֶּן *& fecit videre eos filium*, 2 Reg. 11.4. quod unicum tantùm pertinet ad Hiphil, cætera omnia ad Kal.

6. *Non rarò solum* ה *abjicitur, & Segol manens ad primam radicalem cum accentu transit*: ut, יֶרֶב *multiplicetur*, יִצֶף *speculetur*, יִגֶל *revelabit*, וַיִּבֶן *& ædificavit*, וַיִּבֶז *& sprevit*, וַיִּקֶן *& conduxit*. Ita יִחַר *accendetur*, est in *Kal*, at וַיִּחַר *& accendit*, est in *Hiphil*, in quibus pro Segol in ultimâ est Patach vicarium.

Et hoc casu, litera præformativa in *Kal* assumit aliquando vocalem longam Tzere: ut, יֵרֶא *videat*, וַתֵּרֶא *& vidit*, וַיֵּרֶא *et volitat*, יֵשֶׁל *fortunabit*, וַתֵּרֶב *et majus fuit*. Sic וַתֵּתַע *et erravit*, וַתֵּכַהּ *et caligavit*, וַתֵּלַהּ *et furebat*, in quibus Patach vicarium est pro Segol.

In Hiphil verò certa hîc Verba desinunt in duplex

duplex Segol ad instar nominum, ut in Imperat. הֶרֶב *multiplica*, הֶרֶף *desiste*. Sic, הֶתַע *errare fac*, הֶעַל *ascendere fac*: ubi propter gutturalem est Patach. In Futuro, יֶפֶר *fœtificare fecit*, וַתֶּמֶס *et liquescere fecisti*, וַיֶּגֶל *et deportavit*, וַיֶּפֶן *et respicere fecit*. Sic אַל־תֶּמַח *ne delere sinas*, Neh. 13. 14. cum Patach propter gutturalem.

VIII. *Concursus earundem literarum.*

Regula 57.

*Literæ eædem (*ת *&* נ *radicale, cum* ת *et* נ *afformativo) si concurrant, prior radicalis schevata, deficit in dagesch forte.*

1. *Thau radicale et* ת *personale*, concurrunt in secundâ personâ utriusque numeri, & primâ singulari, præteritorum: ut, In Kal כָּרַתָּ pro כָּרַתְתָּ *succidisti*, כָּרַתִּי *pepigi*. In Niph. נִבְעַתִּי *consternatus sum*, נִצְמַתִּי *excisus sum*, Pihel. מְבַעִתֶּךָ *perturbat te*, 1 Sam. 16. 15. quod est particip. fœminin. ex absoluto מְבַעֶתֶת Hiphil וְהִשְׁבַּתִּי *et faciam ut cesset.*

Ex quiescentibus secundâ י, ut In Kal וָמַתָּה *et morieris*, וָמַתִּי *et moriar*, שַׁתָּה *posuisti*, שַׁתִּי *posui*. Pihel מוֹתַתִּי *interfeci*. Hiphil וְהֵמַתָּ *et inter-*

interficies, וְהֲמִתִּיו *et interfeci eum*, הֲמִתֶּם & וַהֲמִתֶּן *interfecistis.*

Unum est ex geminantibus secundam: ut, וְחִתַּתַּנִי *& consternatum reddes me*, in Pihel. & וְהַחִתֹּתִי *& consternatos reddam.* in Hiphil, ubi ob euphoniam Scheva compositum sub ה resolutum est in Scheva simplex.

2. *Nun radicale & נ personale*, concurrunt in primâ plurali personâ præteritorum, nec non personis futurorum, terminantibus syllabâ afformativâ נָה ut, in Kal שָׁכַנּוּ pro שָׁכַנְנוּ *habitavimus*, וְלַנּוּ *& pernoctavimus*, à לוּן. תִּשְׁכֹּנָּה *habitabunt*. Pihel. תְּקוֹנֵנָּה *lamentabantur*, Hiphil. הֲכִנּוּ *comparavimus*, à כּוּן. הַאֲזֵנָּה *audite*, &c.

Duo sunt in Niphal absque compensatione: ut, תֵּאָמַנָּה *nutrientur*, Jes. 60. 4. cum Patach loco Tzere, pro מַנָּה & תֵּעָגֵנָה *morabimini*, Ruth. 1. 13.

Nota.

Analogum quid habet נָתַן *dedit*, quod tertiam schevatam, in primâ & secundâ utriusque numeri personâ, in Præterito Kal eliminat. Flectiturque hoc modo:

נָתְנָה	נָתַן		נָתְנוּ
נָתַתְּ *	נָתַתָּ	תַּן	נְתַתֶּם
	נָתַתִּי		נָתַנּוּ

* Semel per aphæresin est תַּתָּה *dedisti*, 2 Samuel. 22. 41. cum parag. ה.

IX. *Formarum diversarum mixtio.*

Regula 58.

Formarum diversarum confusio, anomalias verborum auget.

Potissimum autem confunduntur inter se,

1. *Literæ* אהוי *tàm mobiles, quàm quiescentes:* Et quidem א & ה: ut, נִבְּהָא *extulit se*, cum א loco ה. אָתָנוּ *venimus*, formam habet ab אָתָא cum sit ab אָתָה. נְצוֹא *avolare*, לְירוֹא *ad jaculandum*, qui Infinitivi scribuntur cum א loco ה &c.

א & י: ut, תִּתְיַמָּרוּ *prædicabitis*, in Hithpah. ab אָמַר Jes. 61. 6.

ה & ו: ut, שָׁלַוְתִּי *tranquillus fui*, à שָׁלָה unde Infinitiv. Pihel בְּשַׁלְוִי *in tranquillè esse me*, Ps. 30 7.

Item ה & י in participio Benoni Kal: ut, רוֹעֵי pro רוֹעֶה *pascens*, פּוֹרִי unde in fœminin. פּוֹרִיָּה *fructum ferens*. Talia sunt, בּוֹכִיָּה *flens*, צוֹפִיָּה *speculans*, הוֹמִיָּה *strepera*, דוֹמִיָּה *silens*, cum פ loco Cholem: & sic plurale אוֹתִיּוֹת *ventura*, Jes. 41. 23.

י cum א: ut, וְיָרְאָמָה *& exaltata erit*, præt. fœm. unde

unde particip. plur. רָאֲמוּת *excelsa sunt*, à רוּם. Sic, תְּתָאוּ *definietis*, Num. 24. 7. Futur. plur. Pihel pro תְּתַוּוּ à תָּוָה &c.

2. *Radices in literis cognatæ*: ut in Kal, וָאֶקְרָאָה *& occurrēdo vocavi*, à קָרָא *vocavit*, (unde אֶקְרָא) & קָרָה *occurrit*, (unde אֶקְרֶה) *Pihel* שׁשֵׁתִי *deprædatus sum*, Cholem indicat esse præt. ex שָׁסַס Tzere verò ex שָׁסָה. Ita, בּוֹשַׁסְכֶם *conculcare vos*, Infinit. Pihel compositus ex בּוּס & שָׁסָה vel שָׁסַס. Sic, מְקַלְלָוְנִי *ignominiosè maledixit mihi*, Jer. 15. 10. particip. compositum ex קָלַל & קָלָה ex quo ה mutatum est in ו mobile.

Hiphil. אוֹחִילָה *doleo*, Jer. 4. 19. ratione punctorum est à יָחַל *expectavit*, ratione literarum à חוּל *doluit*, scribitur etiam cum ו in medio loco י. Sic præteritum הוֹבִאישׁ *exaruit fœtens*, ex יָבֵשׁ *aruit*, & בָּאַשׁ *fœtuit*. וְהֵטִיבוֹתִי *& benè faciam*, Ezek. 36. 11 compositum ex הֵיטִיב quod est à יָטַב & הֲטִיבוֹתִי quod est à טוֹב. Eodem modo: וְהוֹשַׁבוֹתִים ex הֹשַׁבְתִּי quod est à יָשַׁב *sedit*, & הֲשִׁיבוֹתִי à שׁוּב *reverti*, quasi dicat, *& faciam eos tranquillè reverti & sedere.* Sic, יְהַפְתִּית Prov. 24. 28. compositum ex פָּתַת *fregit*, & פָּתָה *pellexit*, q. d. *adulando franges.* In *Hithpahel*, וְהִתְאַוִּיתֶם præteritum à תָּוָה *signavit*, & תָּאָה *definivit*, Num. 30. 10.

3. *Defectiva cum Quiescentibus, vel contra*: ut

ut in præt. Kal, שָׁתוּ *positi sunt*, formatione ab inusitato שתת, significatione à שׁוּת *posuit*. וָרוֹבּוּ *& jaculati sunt*, formâ à רָבוֹב *multiplicari*, significatu à רָבָה *jaculari*, q. d. *plurimum jaculati sunt*, Gen. 49. 23. In Imperat. עֻצוּ *consulite*, significatione à יָעַץ formâ à עוּץ. Sic, וְלָבוּר *& ad declarandum*, לָחוּל *ad saltandum*, בְּחוּקוֹ *in statuere ipsum*, לָעוּת *ad tempestivè loquendum*, qui quatuor Infinitiui significatione veniunt ex geminantibus, sed formâ ex quiescentibus secundâ. Item, חֲנוֹת *gratiam facere*, חַלּוֹתִי *vulnerare meum*, שַׁמּוֹת *desolari*, qui tres Infinitivi, terminatione sunt ex quiescentibus tertiâ, at significatione ex duplicantibus secundam. In *Niphal*, וְנָקֹטּוּ *et fastidio erunt*, dagesch indicat formam קָטַט at significatio est à קוּט. In *Hiphil*, וַהֲקֵאוֹתוֹ *et evomas illud*, à קוֹא ubi Tzere est petitum ex quiescentibus tertiâ א, Cholem verò ex quiescentibus secundâ ו. Sic יְמִישׁוּן *palpant*, formâ est ex quiescentibus secundâ, at significatu ex duplicantibus. Ex *Hophal*, וַיִּישֶׂם *et positus fuit*, Gen. 50. 26. significatione à שׂוּם pro וַיּוּשַׂם formâ ex יָשַׂם in Kal. Cui simile quoad literas est וַיִּישַׂם *et appositum fuit*, Gen. 24. 33. quod Massora notavit legendum וַיּוּשַׂם, sicque Kybbuts sub priori (י) est pro ו, alterum verò (י) otiosum manet.

4. *Diversa*

4. *Diversæ Conjugationes et Tempora, itemque personæ ac genera* : ut,

Ex Futuro Kal & Pihel, יִרַדֹּף *persequetur*, ex Kal, יִרְדּוֹף ex Pihel, יְרַדֵּף. Psal. 7. 6. ad innuendum quod hostis persequeretur eum per semetipsum, & simul etiam alios ad persequendum ipsum, excitaret. Ex Futuro Kal & Pyhal, הַיְחָבְרְךָ *an consocietur tibi*, Psal. 94. 20. Propter affixum, Cholem ex Kal mutatum est in (ָ) chatuph, ex Pyhal est (י) cum Scheva, ante quod ה erothematicum amittit suum (ַ) Et hujus formæ est Futur. Pihel יְשָׁדְדֵם *vastabit eos*, Jer. 5. 6. Ex secunda fœminina Præteriti & Futuri Kal, וַתָּבֹאתִי *et venisses*, 1 Sam. 25. 24. Mens *Davidi* primò dictabat præteritum *nisi festinâsses* וּבָאת *et venisses*, fervor suggerebat futurum וַתָּבֹאִי ad indicandum quod auspicato proposuerit sibi *Abigail* occurrere ei: atque hæc ita simul congeruntur, ob ejus nimiam veniendi sollicitudinem. Ex futuro Kal & præterito Hiphil, Vestimenta mea אֶגְאָלְתִּי *contaminavi*, ex אֶגְאַל & הִגְאַלְתִּי Jes. 63. 3. Ex Infinitivo Kal & Niphal, כְּהִנְדֹּף *secundum propelli*, Psal. 68. 3. ubi ה est ex Niphal, reliquum ex Kal.

Ex Futuro Niphal & Kal וְאֶסָּעֲרֵם *et turbine dejiciam eos*. Ex præterito Niphal & Pyhal, נְגֹאֲלוּ *polluti fuerunt*, Threń. 4. 14. eò

 quod

quod cum נְגֹּאֲלוּ *polluerunt sese sanguine*, נֹגֹאֲלוּ *polluti etiam fuerunt cædibus ab inimicis suis*. Ex præterito Niphal & futuro Kal, וָנֵאשֲׁאַר *et remansi*, Ezek. 9. 8. Sensus: Cum percuterent illi, volebam videre quis נִשְׁאַר *relictus fuisset* in atriis, qui non fuerit percussus, sed אֶשָּׁאַר *remansi ego* tantum solus. Ex præterito Niph. & Hithp. וְנִכַּפֵּר *et expiabitur*, ex נִכְפַּר & הִתְכַּפֵּר contracto ת characteristico in כ. Ex participio Niph. & Hithp נִשְׁתָּוָה *æqualis est*, Prov. 25. 15. ex נִשְׁוָה & מִשְׁתַּוָּה ubi dagesch ex י euphoniæ ergo excidit, & (-) in (·) mutatur. Ex participio Niphal & Nomine Heemanthithico: ut, נְמִבְזָה *contemptibilis* 1 Sam. 15. 9. pro נִבְזָה ubi מ Heemanthicum insertum, auctæ significationis index est, quasi dicas, *summè contemptus*.

Pyhal ex tertiâ fœminin. singulari, & tertiâ plurali: ut, שֻׁפְּכָה Psal. 73. 2. Lectio quam puncta repræsentant, est שֻׁפְּכוּ *diffusi sunt*, refertur que ad utrumque pedem qui constituunt *gressus*. Secundum literas est שֻׁפְּכָה *diffusus est* (distributivè) scil: *quisque pes meus*. Ex præterito & particip. מְקֻנַּנְתְּ ex קֻנַּנְתְּ *nidulata es*, & מְקֻנֶּנֶת *nidularis*, estque cum (ʼ) otioso. Ex præterito Pyh. & Niph. נוּלְּדוּ *editi sunt*, q. ex יֻלְּדוּ & נוֹלְדוּ à יָלַד.

Hiphil & Hophal הֶחֳדַלְתִּי Judic. 9. 9. *num desi-*

desistam? Interrogatio latet in Segol, הִ est signum conjugat. Hiphil, reliquum est ex Hophal: quæ omnia (juxta *Corn. Bertram.*) conjunctim hunc sensum efficiunt, (ex Hiphil) *num* ad verba vestra, *missam facerem pinguedinem meam?* (ex Hophal) *et num penitus ea priver et deficiar?*

Ex Hophal Infinit. & Kal הִלֶּדֶת *nasci*, q. ex הוּלֶד & לֶדֶת cum dagesch euphonico.

Ex præterito Hithpahel & Hophal, הָתְפָּקְדוּ non *recensiti fuerunt*, scil: neque ab aliis, neq; à seipsis, Num. 1.47. Ex præterito & participio Hithpahel, מִשְׁתַּחֲוִיתֶם Ezek. 8. 16. Juxta *Kimchi*, est hic sensus; Invenit Propheta homines illos מִשְׁתַּחֲוִים *incurvantes se* versus orientem, & ingredientes alios rogat, הִשְׁתַּחֲוִיתֶם *procumbetis ne etiam vos?* Juxta *Thargum Ionathan*, est compositum ex שָׁחָה *incurvatus est*, & שָׁחַת *corrupit*. Sic enim vertit: אִנּוּן מְתְחַבְּלִים וּסָגְדִין *ipsi sese corrumpentes sunt, et adorant*, scil: idola. Ex particip. Hithpahel & Pyhal, *Quotidiè nomen meum* מִנֹּאָץ *spernitur*, ex מִתְנָאֵץ & נֹאָץ

Huc pertinent tres illæ voces, quas Massora מִלִּין אַנְדְּרוֹגִינוֹס i. e. *dictiones mari-fæminas*, vocat: ut, וַיֵּחַמְנָה *et incalescebant*, Gen. 30.38. יַעֲמֹדְנָה *consistebant*, Dan. 8.22. וַיִּשַּׁרְנָה *et recta contendebant*, 1 Sam. 6. 12. quæ cum sint

cum

cum (') ſigno maſcul. & terminatione נָה fœminino, de ſexu utroque ſunt intelligenda.

5. *Denique, aliquando etiam literæ vel puncta transponuntur.*

Literæ: ut, לַאֲרִיב *ad cruciandum*, pro לְרָאִיב 1 Sam 2.33. וְיַחְרְגוּ *& cum tremore prodibunt*, Pſal. 18.46. pro quo 2 Sam. 22. 46. וְיַחְגְּרוּ *et accincti prodibunt*. Ita ut voce externâ, literis transpoſitis, internus animi tremor ſignificetur. אֲרַיָּוֶךְ *irrigabo te*, Jeſ. 16.9. pro אֲרַוֶּיךְ à רָוָה in Pihel, mutatâ tertiâ ה in (') cum Cametz, propter accentũ in penultima, converſo Tzere ante affixum in Segol. יְעַלְּעוּ *ſorbent*, pro יְלַעְלְעוּ à לוּעַ Job. 39.3. כְּמִתְלַהֲמִים *quaſi contuſorum*, ſcil: eorum qui ſe fractos oſtendunt, ut alios ad commiſerationem commoveant, quod eſt à הלם Prov. 18.8.

Puncta; ut, תֶּמַחִי *deleas*, Jer. 18.23. ex תֶּמְחֶה Sic, יָחְנְךָ *gratiam præſtet tibi*, Gen. 43.29. ubi נ debebat eſſe dageſchatũ pro יְחָנְּךָ. Ita, בָּהְשַׁמָּה *in deſolari eam*, Lev. 26. 43. pro בָּהּ quod eſt Infinit. Hophal cum (ֻ) chatuph, pro הוּשַׁמָּה Item לַהְשׁוֹת *ad vaſtandum*, 2 Reg. 19.25. Infinit. Hiphil contracto א radicali, pro לְהַשְׁאוֹת

Obſervatio.

Nonnunquam in hujuſmodi formis mixtis, latet emphaſis minimè negligenda. Ad ejus rei evidentem

dentem demonstrationem, duo (præter jam adducta) exempla addam. *Primum* ex Psal. 22.17. כָּאֲרִי *sicut leo perfoderunt*, præterit. plural. Kal compositum ex כ nota similitudinis, & nomine אֲרִי *leo*, nec non themate כּוּר vel כָּרָה *perfodit*: כ non tantum hîc est nota similitudinis, verùm etiam prima thematis litera, quod substratum ejus punctum Cametz, videlicet, indicat. Si enim tantum esset servile, afficeretur puncto sequentis literæ, nimirum cum Patach. א est insertum ex אֲרִי *leo*. Ultima syllaba רִי est tùm terminatio præcedentis nominis, tùm verbi pluralis pro רוּ, ut fit in תֵּצְאִי תֵּלְכִי aliisque plurimis, in quibus ' in fine scriptum legitur per ו. Et sic codex Complutensis legit כָּארוּ Hæc igitur simul ita coacervantur, ut immanis hostium Christi ferocia hoc signo externo emphaticè indigitetur.

Secundum, ex Jes. 15.5. *Clamorem contritionis* יְעֹעֵרוּ *excitabunt*. Futur. Pihel à עוּר pro יְעוֹרֵרוּ. Ubi de industria duæ gutturales conjunguntur: nam eo versu prædicit Propheta cladem Urbis Choronajim, atque ex magno calamitatis ejulatu hoc verbo ἠχοκοφωνῷ ceu externo signo, magnitudinem ruinæ, & fragosam tumultuantium vocem innuit.

X. *Verba plurilitera.*

Regula 59.

Verba tetragrammata, aut pentagrammata, ad modum conjugationum dageſchatarum inflectuntur : niſi quod loco dageſch literam expreſſam habeant.

Fundamentum hujus regulæ, poſitum eſt ſupra Reg. 13. pag. 20. Iſtæ enim conjugationes dageſchando mediam radicalem, potentiâ ſunt pluriliteræ.

Tetragrammata ex quatuor literis conſtantia in univerſum ſunt 33. Quinque ſunt peregrina : ut, כִּרְבֵּל *amicivit*, כִּרְכֵּר unde partic. מְכִרְכֵּר *ſaltans*, צִפְצֵף unde אֲצַפְצֵף *pipio*, מְצַפְצֵף *pipiens*, טֵאטֵא hinc, וְטֵאטֵאתִיהָ *& ſcopabo eam*, חִסְפֵּס ſemel in Pyhal מְחֻסְפָּס *attenuatum*, vel *orbiculare*.

Quinque ex diverſis radicibus compoſita : ut, כִּרְסֵם unde יְכַרְסְמֶנָּה *ſuffodit eam*, quod per ſynæreſin factum ex כֶּרֶם *vinea*, & רָמַס *conculcavit*, פַּרְשֵׁז *copioſè expoſuit*, cum Patach loco Chirek, Job. 26. 9. quaſi ex פָּרַשׂ *expandit*, & זִיז *copia*, טִחֲוָה unde ſemel particip. conſtructum, כִּמְטַחֲוֵי *ſicut jaculantes*, Gen. 21. 16. quaſi ex טָחָה *celeriter protulit*, & נָטָה *extendit*,

tendit, תָּהֲרֶה תְּהָרֶה *irritavit,* unde מִתְהָרֶה & תִּתְהָרֶה quaſi ex תַּחַת *ſub,* & הָרָה *arſit,* רִטְפַּשׁ *recreatus fuit,* quaſi ex רָטַב *humidus fuit,* & פּוּשׁ *crevit.*

Duo oriuntur ex perfectis geminatâ tertiâ radicali: ut, שָׁאַן hinc שַׁאֲנַן *tranquillus fuit,* & שַׁאֲנַנּוּ *tranquillè agunt.* Ab אָמַל *ægrotavit,* אֻמְלַל *languefactus,* אֻמְלְלָה *languebit;* אֻמְלָלוּ *langueſcunt.*

Octo veniunt ex quieſcentibus ſecundâ ו, de quibus vide pag. 75. & 76.

Sex oriuntur ex geminantibus ſecundam, pag. 87.

Duo in Hithpahel ex deſinentibus in ה mobile, ut à לָהַהּ fit כְּמִתְלַהְלֵהַּ *ſicut inſaniens.* A מָהַהּ fit הִתְמַהְמַהְתִּי *cunctatus ſum.*

Quinq; ex quieſcentibus tertiâ ה: ut, à עָרָה fit הִתְעַרְעַר *nudatus eſt:* à שָׂגָה fit תְּשַׂגְשֵׂגִי *facies ut creſcat:* à שָׁעָה fit שִׁעֲשֵׁעַ *oblectavit ſe,* אֶשְׁתַּעֲשַׁע *oblecto me.* à תָּעָה fit כִּמְתַעְתֵּעַ *ſicut errare faciens,* וּמִתַּעְתְּעִים *& ſeducebantur,* compenſato ה per dageſch.

Huc referendum שָׁחָה *incurvavit ſe,* quod tertiam radicalem in *Hithpahel* in omnibus modis iterat, & priorem in ו mobile mutat: ut, præterit. הִשְׁתַּחֲוָה הִשְׁתַּחֲוִיתָ Futur. אֶשְׁתַּחֲוֶה & per apocopen וַיִּשְׁתַּחוּ *& incurvavit ſe,* Gen. 18. 2. pro וַיִּשְׁתַּחֲוֶה

Pentagrammata ex quinque diſtinctis elementis

mentis constant. Ea in Bibliis occurrunt tantum tria: ut, חֳמַרְמְרָה *squalida facta est*, Job. 16. 16. סְחַרְחַר *palpitat*, שְׁחַרְחֹרֶת *subnigra*.

Unicum est hîc compositum ex Pyhal & Kal, יָפְיָפִיתָ *pulcherrimus factus es*, Psal. 45. 3. à יָפֶה desumpta prima syllaba יָפְ ex Pyhal, & reliquum ex Kal, idque ad notandam summam personæ pulchritudinem: *Cum enim prima & secunda thematis geminantur* (inquit *Aben-Esra*) *hoc fit* ליתרון הלשון (*ad auxesin significationis*:) *cum verò secunda & tertia, hoc fit* להסרון לשון id est, *ad diminutionem significationis.*



Caput Quartum
De Nomine.

Sect. 1. De Analogia Nominum.

In Nominib. consid. 4.

- Forma, juxta quam est { Nudum / Auctum } Regula 60.
- Qualitas, secundum quam est { Substantivum { proprium / appellativum } Reg. 61. / Adjectivum.
- Genus { Mascul. / Fœmin. { Ex utriusque differentia nomen est { mobile / immobile } Regula 62.
- Numerus { Singularis, / Dualis. / Pluralis, Regula 63. cujus formatio Hebræis dicitur Declinatio { Prima, Regula 64. / Secunda, Reg. 65.

Regula

Regula 60.

Auxilio literarum האמנתי *à verbis interdum Nomina formantur.*

Forma vocis, est ejus primæva & naturalis in literis punctisque constitutio. Hæc aut est literalis, aut punctualis. *Literalis* est vel nuda, vel aucta. Et hinc nomina *Nuda*, quæ solis radicalibus literis constant. Suntque levia, vel dageschata. *Levia* quæ ex Kal descendunt, desinuntq; in vocalem longam, vel ancipitem: ut, אָבָק *pulvis*, אָבֵל *lugens*, קָצִיר *messis*, מֶלֶךְ *rex*, דְּבַשׁ *mel, &c.* *Dageschata*, quæ ex secundâ Conjugatione originem ducunt, habentque dagesch forte in media radicali: ut, גַּנָּב *fur*, גִּבּוֹר *potens*, עֻגָּב *organum, &c.* Sequente verò indageschabili, habent sub prima Cametz vel Tzere, aut etiam Patach vel Segol: ut, חָרָשׁ *artifex*, חֵרֵשׁ *surdus*, גַּחַל *pruna*, רַחֲמִים *misericordia, &c.* *Aucta*, quæ præter radicales, servilis quoque literæ incrementum, à fronte vel à tergo habent, & à literis הֵאֱמַנְתִּי' communiter *Heemanthica* vocantur, ferè ex formâ Hiphil deducuntur.

ה ab initio tantum præponitur: ut, הַשְׂכֵּל *intelligentia*, הַשְׁקֵט *tranquillitas*, הַשְׁמָעוּת *auditus*,

tus, לַהֲנָפָה *ad agitationem*, à נוף prius ה Heemanthicum, alterum nota generis. כְּהִתּוּךְ *secundum fusionem*, à נָתַךְ.

א semper est initiale: ut, אַכְזָב *mendax*, אַזְכָּרָה *suffimentum*, אַשְׁמוּרָה *vigilia*, אַמְתַּחַת *saccus*. Sic, אֶזְרוֹעַ *brachium*, אֶשְׁכָּר *donarium*, אֶצְבַּע *digitus*, אֶצְעָדָה *periscellis*, אֶתְמוֹל *hesternus*, & *heri*.

ם rarissimè dictionem claudit: ut, מְתוֹם *homo*, פִּדְיוֹם *redemptio*, שִׁלְשׁוֹם *nudius tertius*, פִּתְאֹם *repentè*, חִנָּם *gratuitum*, גָּזָם *eruca*, (ex גָּזַז) sed sæpissimè inchoat: ut מְבַשְּׁלָה *culina*, מַמְּגֻרוֹת *granaria*, (cum duplici מ heemanth.) à גּוּר &c.

נ paucis nominibus propriis præponitur: ut, *Naphtali*, *Nimrodh*; unico appellativo, ut נַפְתּוּל *lucta*. In fine autem sæpiùs radicalibus superadditur: ut, זִכָּרוֹן *memoria*, חֶשְׁבּוֹן *cogitatio*, אֶבְיוֹן (ab אָבָה) *egenus*, &c. Et aliquando diminutionem notat: ut, שַׁבָּתוֹן (ex שַׁבָּת) *sabbathulum*, אִישׁוֹן (ex אִישׁ) *pupilla*, quia in illa figura parvi viri apparet: שִׁמְשׁוֹן (ex שֶׁמֶשׁ) *parvus sol*, &c.

ת ab initio frequens: ut, תִּדְהָר *tæda*, תְּהִלָּה *lux*, pro תְּהִלָּה ex הָלַל &c.

י regulariter nominibus propriis præponitur, rariùs appellativis: ut, יִצְחָק *Isaac*, יְכָנְיָהוּ *Iechonias*, quod semel per contemptum fit כָּנְיָהוּ

כָּנְיָהוּ Jer. 22. 24. præciſa litera prima, ad innuendam præciſionem regni. Poſtpoſitum, aut format adjectiva: ut, נָכְרִי *alienus*, חָפְשִׁי *liber*. Aut gentilia: ut, עִבְרִי *Hebræus*, לֵוִי *Levita*. Aut etiam numeralia ordinalia: ut, שֵׁנִי *ſecundus*, שְׁלִישִׁי *tertius*, *&c.*

Regula 61.

Communiter nominibus appellativis articuli loco præfigitur ה *emphaticum per Patach ſequente dageſch.*

Nomen appellativum Hebræis primò eſt duplex: vel eſt הָעֶצֶם *ſubſtantia*, vel הַתּוֹאַר *forma*. Illud eſt ſubſtantivum, hoc cadit ſuper aliquid quod eſt per ſe, v. g. de *Reuben* cum incipit eſſe accidens ſapientiæ, dicitur de eo ſapiens, &c. Secundò, ab *Elia* Levita diſtinguitur in שֵׁם כְּלָל *nomen univerſale*, הַמִּין *ſpeciei*, & פְּרָט *particulare*. Univerſale eſt triplex, חַי *vivẽs*, cadit ſuper omne id quod vivit, צֹמֵחַ *vireſcens*, refertur ad omne quod germinat, דּוֹמֵם *ſilens*, pertinet ad omnes ſpecies metallorum.

Cæterùm, הַ emphaticum præfigitur nominibus appellativis, cùm de re certâ vel notâ

tâ sermo est, unde הֵא הַיְדִיעָה *He cognitionis* appellatur. Non rarò tamen ex usu linguæ sine omni emphasi, ad suaviorem enunciationem adhibetur: ut, לְבָבָם הֶעָרֵל *cor illorum incircumcisum.* Et sic etiam pleonasticè Pronomini tertiæ personæ additur: ut, הַהוּא *ille ipse.*

Porrò, punctum ejus genuinum est Patach sequente dagesch, si nimirum sequēs litera non fuerit gutturalis, aut ר. Sin autem sequatur י vel מ schevatum, perpetuò dagesch excidit, unico excepto בֵּית הַמְבַשְּׁלִים *domus coquentium*, Ezek. 46. 24.

Nota. Respuunt ה emphaticum 1. Nomina propria, (si non sint locorum): Ratio, quoniam nomen proprium, tanquam individuum, sui notitiam per se exhibet. 2. Nomina constructa vel affixis juncta; Ratio, quoniam sequens substantivum vel affixum, certam illius nominis notitiam indicat. Sin autem aliter eveniat, irregulare est. Colligunt igitur Hebræi, nomen primi hominis *Adham* fuisse nomen speciei, *Homo.* Scribitur enim Gen. 1. 27 הָאָדָם. Verùm quoniam nullibi aliter nominatur, ideò simul ejus nomen proprium fuisse censent.

Literæ בְּלֵב *plerunq; He emphaticum excludunt: & litera excludens, punctum exclusæ recipit:* ut, לַמְנַצֵּחַ *præcinctori*, pro לְהַ.

Dico, *plerunque*, sunt enim duodecim voces, in quibus hoc ה post literas בלב manet. Loca sunt, Gen. 39. 11. Deut. 6. 24. 1 Sam. 9. 13. Psal. 36 6. Eccl. 8. 1. Ezek. 40. 25. & 47. 22. Dan. 8. 16. Neh. 9. 19. & 2. 38. 2 Par. 10. 7. Cap. 25 20.

Regula 62.

Genus nomin. potißimùm cognoſcitur ex conſtructione, interim datur aliqua generalis notitia, diſcriminandi generis ex ſignificatione & terminatione.

Significatione generis maſculini ſunt nomina propria virorum, officiorum virilium, fluviorum, montium, populorum & menſium. mensium. *Significatione generis fœminini ſunt*, nomina propria mulierum, muliebrium officiorum, urbium, regionum, & membrorum corporis, præſertim geminorum: ut, יָד *manus*, רֶגֶל *pes*. *Communia* ferè ſunt nomina generum & ſpecierum, animalium, & quædam alia.

Terminatione generis maſculini ſunt, in radicalem literam exeuntia. Sed hic excipies *numeralia cardinalia*, quæ ſub terminatione fœminina ſunt generis maſcul: Et quidem à tribus ad decem: ut, שְׁלשָׁה *tres*, אַרְבָּעָה *quatuor*, חֲמִשָּׁה *quinque, &c.* Rurſus eadem à tribus ad decem ſub terminatione maſculina, ſunt fœminini generis: ut, שָׁלשׁ *tres*, אַרְבַּע *quatuor*, חָמֵשׁ *quinque, &c.* In numero autem plurali, tot denarios notant, quot in ſingulari unitates: ſuntque ſub terminatione maſculina ים. com-

munis generis: ut, עֶשְׂרִים *viginti*, שְׁלֹשִׁים *triginta*, אַרְבָּעִים 40. חֲמִשִּׁים 50. &c. 2. Excipies item 40. nom. fœminina, & 48. communia: ut, אֵשׁ *ignis*, אֶרֶץ *terra*, נֶפֶשׁ *anima*, *&c.* quorum genus ex Verbo, vel Nomine adjectivo, itemque Pronomine adjuncto, aut etiam Lexico adhibito, haud difficilè erit adinvenire.

Terminatione fœminina sunt, quæ desinunt in ה *cum accentu in ultima, vel in* תָה *cum accentu in penultima; itemq; omnia in* ת *servile exeuntia: ut,* טוֹבָה *bona,* אֵימָתָה *formido maxima,* מְזִמָּתָה *scelus gravissimum, &c.*

Terminationem ת præcedit vel simplex Segol: ut, אֱמֶת *veritas*, (ab אָמַן) Vel duplex, ut, רֶשֶׁת (à יָרַשׁ) *rete*, pro quo sub vel ante gutturalem est Patach vicarium: ut, דַּעַת (à יָדַע) *scientia*, *&c.* Vel Chirek longum: ut, גָּפְרִית *sulphur*, מַבְלִיגִיתִי *refocillatio mea*. Aut etiam ו ut, מַלְכוּת *regnum*, יַלְדוּת *juventa*, *&c.* Rarius Cametz: ut, מְנָת *portio*, זִמְרָת *cantio*, תְּהִלָּת *laus*, עֶזְרָת *auxilium*. Semel נַחֲלָת *possessio*. Et hanc terminat. fœminin. imitatur Infinitiv. Hiph. מֵהַרְבִּית *ne multiplicetur*, 2 Sam. 14. 11. cum י redundante, & Patach loco Cametz: itemque particip. Kal פּוֹרָת *fractum ferens*. Ter Cholem: ut, אָחוֹת *soror*, חָמוֹת *socrus*, אַשְׁפּוֹת *stercus*.

NOTA.

NOTA: *Non omnia desinentia in* ה, *semper sunt fœminini generis.* Nam 1. quæ habent accentum in penultima sunt cum ה paragogico, ac proinde masculina: ut, לַיְלָה *nox*, מִיתָה *mors*, נַחְלָה *torrens*, חֶסְדָּה *benignitas.* 2. פֶּחָה *dux*, masculinum est. 3 מוֹרָה *novacula*, צָבָה *exercitus*, מִקְשָׁה *cucumerarium*, scribuntur cum ה pro א, suntque masculin. 4. Communia sunt מֵאָה *centum*, רִצְפָה *pavimentum*, מִנְחָה *donum.*

E differentia generis, nomen est Mobile vel Immobile. Immobile est, quod unico tantum genere contentum, unicum tantummodo finem habet: ut, עַם *populus. Mobile, quod unico genere non contentum, alium quoque finem adsciscit.*

Et hic,

1. Adjectiva nomina itemque participialia masculina, ad formandum fœminin. assumunt הָ vel תֶ.. ut, טוֹב *bonus*, טוֹבָה *bona*, פּוֹקֵד *visitans*, פּוֹקְדָה vel פּוֹקֶדֶת. Sin autem vox desinat in ה radicale, tunc illud unâ cum puncto præcedenti absorbetur: ut, יָפֶה *pulcher*, יָפָה *pulchra*, &c.

2. Adjectiva in augmentale י exeuntia in motione assumunt ת vel ה, ut, חָפְשִׁי *liber*, חָפְשִׁית

& חָפְשִׁיָּה *libera*, עִבְרִי *Hebræus*, עִבְרִית & עִבְרִיָּה *Hebræa.*

3. Subſtantiva penacuta, formant de ſe fœminina, aſſumpto ה, allevato utroq; puncto in Scheva, & priori elevato in vocalem brevem: ut, מֶלֶךְ *rex*, מַלְכָּה *regina*, כֶּבֶשׂ *agnus*, כִּבְשָׂה *agna*, נַעַר *puer*, נַעֲרָה *puella.* Cætera ad ſexus differentiam, ſimpliciter tantum aſſumunt ה. ut, גְּבִיר *herus*, גְּבִירָה *hera*, *&c.*

Regula 63.

Numerus in Nominibus eſt triplex:

Singularis, cujus forma non datur certa, in quamque enim literam alphabeti terminari poteſt.

Dualis, quæ ad denotandas res (naturâ vel arte) *duplicatas formatur à ſingulari addendo* ַיִם. ut, יָד *manus*, יָדַיִם *duæ manus*, quod excluſo ם ſemel facit יָדַי Eze. 13. 18. Sin autem vox deſinat in terminationem fœmininam ה. commutat ה in ת: ut, שָׂפָה *labium*, שְׂפָתַיִם *duo labia*, יָרְכָה *femur*, יַרְכָתַיִם *duo femora*, *&c.* Unicum חוֹמוֹתַיִם *duo muri*, Jeſ. 22. 11. compoſitum eſt ex plurali fœminino, & duali, à ſingulari חוֹמָה *murus.*

Plura-

Pluralis fit addendo singulari terminationem certam, & hujus formatio Hebræis dicitur Declinatio.

Declinatio non fit hic terminationis variatione, sed solo absolvitur motu numeri in numerum: ubi etiam *Casus* certâ aliquâ præarticulatione distingui nequeunt, sed tantum orationis contextu, vel Regimine. Interim tamen in obliquis ל prærepositum quandoque notat Genitivum, vel Dativum, אֵת Accusativum ב Ablativum.

Regula 64.

Prima Declinatio est masculinorum, quæ pluralem à singulari formant per ים. ut, טוֹב *bonus*, pl. טוֹבִים *boni*.

Desinentia in י aut syncopant alterum י: ut, כְּלִי pl. כֵּלִים *instrumenta*, גּוֹי pl. גּוֹיִם *gentes*. Aut retinent, sed Chirek terminale, vertunt in Cametz: ut, גְּדִי pl. גְּדָיִים *hædi*. אֲרִי pl. אֲרָיִים *leones*. Et cum defectivo י: ut, עֲדָיִים *ornamenta*, פְּתָיִים *simplices*. Quam formam imitantur חֲלִי pl. חֲלָאִים *ornamenta*, converso י in cognatum א: sic, וְכִצְּבָאִים *& sicut caprea*, à צְבִי & sic לָבִיא pl. לְבָאִים *immanes leones*. Nonnunquã etiam regulariter flectuntur: ut, עִבְרִי

עִבְרִי pl. עִבְרִיִּים *Hebræi*, עָנִי pl. עֲנִיִּים *pauperes*. Sed sic ׳ dagesch euphonico afficitur.

Desinentia in ה radicale, illud cum puncto præcedenti eliminant: ut, יָפֶה pl. יָפִים *pulchri*, מַעֲשֶׂה pl. מַעֲשִׂים *opera*.

Nota. *In tribus vocibus* ים *nota multitudinis apocopatur: ut*, עַמִּי pro עַמִּים *populi*, 2 Samuel. 22. 44. הַכָּרִי *satellites*, 2 Reg. 11. 19. הַחִצִּי *sagittæ*, 1 Sam. 20. 38. quod eodem capite in singulari numero vers. 36. bis scribitur הַחֵצִי cum ׳ paragogico.

Regula 65.

Secunda Declinatio est fœmininorum, quæ pluralem à singulari formant per ות: ut, אות *signum* pl. אותות *signa*. Ubi

1. ה finale quodcunque ante terminationem ות unà cum puncto præcedenti abjicitur: ut, מַחֲנֶה pl. מַחֲנוֹת *castra*, טובה pl. טובות *bonæ*. Excipe illa quæ ה in cognatam literam א vel ו convertunt: ut, מָנָה *pars*, pl. מְנָאוֹת & מְנָיוֹת *partes*. קְשָׂה pl. קְשָׂוות *scutellæ*, קָצָה pl. קְצָוות *extremitates*. At אָמָה in plurali servat ה, ut, אֲמָהוֹת *ancillæ*.

2. Terminatio ֶ ֶ ת posterius Segol unà cum ת removet, & prius in Cametz mutat, ut,

ut, עֲטֶרֶת *corona* pl. עֲטָרוֹת *coronæ.* כּוֹתֶרֶת pl. כּוֹתָרוֹת *coronamenta.* Et sic, אַמְתַּחַת (quod est cum Patach vicario) plur. אַמְתָּחוֹת *sacci.*

3. Quorum finis est ית' . vel ות', ea in plurali resolvunt Chirek longum, in breve & dagesch ; & ו mutant in ' dageschatum præcedente Kybbutz : ut, חָפְשִׁית pl. חָפְשִׁיּוֹת *libertates,* מַשְׂכִּית pl. מַשְׂכִּיּוֹת *cogitationes.* Sic, מַלְכוּת pl. מַלְכֻיּוֹת *regna.* חָנוּת pl. חֲנֻיּוֹת *cellulæ.* Excipe עֵדוּת in plur. facit עֵדְוֹת *testimonia,* & כְּרִיתוּת *repudium,* in plurali sequitur formam masculin. unde cum affixo כְּרִיתֻתֶיהָ Jer. 3. 8.

4. Nomina radicalia harum formarū { שַׂלְמָה / חֶרְפָּה / שִׂמְחָה } in plurali habent form. צְדָקוֹת h. e. sub primâ radicali (:) sub secundâ (-)

ut, שַׂלְמָה plur. שְׂלָמוֹת *vestes.* Et hujus formæ sunt, נַעֲרָה *puella.* נַחֲלָה *possessio.* סַעֲרָה *turbo.* Sic, חֶרְפָּה pl. חֲרָפוֹת *opprobria.* Et hujus formæ sunt, עֶבְרָה *furor.* עֶגְלָה *vitula.* חֶלְקָה *portio,* Sic, שִׂמְחָה plur. שְׂמָחוֹת *lætitiæ.* Et hujus formæ sunt, לִשְׁכָּה *cubiculum.* אִמְרָה *sermo.* גִּבְעָה *collis.* דִּמְעָה *lacbryma.* שִׁפְחָה *ancilla.* בִּקְעָה *vallis.* כִּבְשָׂה *agna.* שִׂמְלָה *vestis.*

Notanter dico, *Nomina Radicalia,* si enim fuerint Heemanthica, non variatis punctis, solum terminationem ות assumunt : ut, מַרְאָה plur.

plur. מַרְאוֹת *visiones.* מִצְוָה plur. מִצְוֹת *præcepta*, quod Grammatici non animadvertentes, plurimas hîc exceptiones fecerunt. Et hinc מִנְחָה *donum*, cum in plurali faciat מְנָחוֹת apparet מ habere radicale; si enim esset Heemanthicum, formâretur מִנְחוֹת

SECTIO SECUNDA

De Anomaliis Nominum.

Nomina anomala sunt
- Dualia, absque Singulari vel Plurali, Reg. 66.
- Singularia
  - Masculina
    - absque plurali, Regula 67.
    - cum plurali,
      - fœminino, Reg. 68.
      - duplici, Regula 69.
  - Fœminina
    - absque plurali, Regula 70.
    - cum plurali,
      - masculino, Reg. 71.
      - duplici, Reg. 72.
- Pluralia
  - absque singulari, Regula 73.
  - prorsus irregularia à singulari, Regula 74.

Regula 66.

Sunt quædam dualia tantum, absque singulari vel plurali, quorum tamen quædam etiam singulariter usurpantur: ut,

אָבְנַיִם *sellæ parturientiū*	מַיִם *aquæ.*
חָפְנַיִם *pugilli.*	צָהֳרַיִם *meridies.*
כִּירַיִם *testus*, vas fictile.	רֵחַיִם *mola*, à ריח.

מֹאזְנַיִם

מֹאזְנַיִם *lances.*	שָׁמַיִם *cæli.*
מִכְנָסַיִם *femoralia.*	שְׁפַתַּיִם *lapides focarii.*
כִּלְאַיִם *heterogenea.*	מִצְרַיִם *Ægyptus.*
מָתְנַיִם *lumbi.*	יְרוּשָׁלַיִם *Ierusalem.*
מִשְׁפְּתַיִם *duæ sarcinæ.*	quinquies scribitur

tantùm integrè, semper aliàs absque (').

Regula 67.

Singularia masculina absque plurali sunt nomina virorum propria, liquidorum, specierum, & quædam alia usu observanda: ut,

דָּוִד *Davidh,* זָהָב *aurum,* כֶּסֶף *argentum,* (semel tamen reperitur in plurali pro nummis argenteis, Gen. 42. 25.) בְּדִיל *stannum,* (quod etiam pluraliter usurpatur pro scoriis stãni, Jes. 1.25.) Sic, יַיִן *vinum,* יִצְהָר *oleum, &c.* Ita nomina panis, לֶחֶם *panis,* סֹלֶת *simlia, &c.* Item nomina Collectiva: ut, טַף *cætus infantium,* צֹאן & צֹנֶה *grex,* (quod transpositis literis fit לְצֹנַאֲכֶם *gregi vestro,* Num. 32. 24.) quæ tamen pro ratione loci singulariter vel pluraliter sunt reddenda: ut, *grex* & *greges*: sic, אָדָם *homo* & *homines, &c.*

Regula 68.

Heteroclita primæ declinationis quæ pluralem formant ex declinat. ſecunda (cum tamen naturâ & conſtructione maneant maſculina) ſunt 44.

אב *pater*, אוב *pytho*, אוצר *theſaurus*, אשכול *botrus*, ארמון *palatium*, בוהן *pollex*, בור *ciſterna*, גג *tectum*, גורל *ſors*, דרבן *ſtimulus*, זנב *cauda*, חזה *pectus*, חשבון *ratio*, חלום *ſomnium*, טפח *palmus*, כסא *ſolium*, לוח *tabula*, ליל *nox*, מזבח *altare*, מזלג *fuſcina*, מטר *pluvia*, מעשר *decima*, מצד *arx*, מקום *locus*, מקל *baculus*, נואד *uter*, נר *lucerna*, נוה *habitaculum*, עור *pellis*, עפר *pulvis*, עשב *herba*, צרור *loculus*, קול *vox*, קיר *paries*, קרב *prælium*, רוח *ſpiritus*, רתוק *catena*, שור *murus*, שופר *tuba*, שלחן *menſa*, שם *nomen*, שמש *ſol*, שת *nates*, תהום *abyſſus*.

Ex his : בוהן in plur. facit בהונות *pollices*, גג in pl. גגות *tecta*, דרבן pl. דרבונות חשבון pl. חשבונות *ratiocinia*, ליל pl. לילות *noctes*, נוה plur. נות & נאות *habitacula*, עשב plur. עשבות *herba*.

Regula

Regula 69.

Diclita primæ declinationis, quæ formant pluralem ex utraque declinatione sunt 30.

אֲרִי *leo,* גַּב *gibbus,* דּוֹר *ætas,* הֵיכָל *templũ,* זֶבַח *victima,* זִכָּרוֹן *memoria,* יוֹם *dies,* יַעַר *sylva,* כִּיּוֹר *labrum,* לֵבָב *cor,* מָאוֹר *lumen,* מִבְצָר *munitio,* מֵסַב *circuitus,* מִגְדָּל *turris,* מִזְרָק *pelvis,* מַכְאוֹב *dolor,* מִשְׁכָּן *habitatio,* מִשְׁכָּב *cubile,* מַעְיָן *fons,* סַף *limen,* עֲבוֹת *densum,* עָווֹן *iniquitas,* עָקֵב *calx,* פֶּרֶץ *ruptura,* צָבָא *exercitus,* צַוָּאר *collum,* קֶבֶר *sepulchrum,* קַרְדּוֹם *securis,* שָׂדֶה *ager,* שַׁאֲנָן *tranquillus.*

Et horum formam imitatur פֶּה *os,* quod in plurali facit פִּים & פֵּיוֹת *ora.* Hinc geminatum פִּיפִיּוֹת *duo ora.*

Regula 70.

Singularia fœminina absque plurali sunt Nomina propria mulierum, urbium, metallorum, liquidorum, virtutum & vitiorum, aliaque pauca lectione observanda.

ut, רָחֵל *Rachel,* שֹׁמְרוֹן *Samaria,* גָּפְרִית *sulphur,* עוֹפֶרֶת *plumbum,* חֶמְאָה *butyrum,* בּוֹרִית *smegma,* שִׁפְלוּת *humilitas,* שִׂנְאָה *odium,* &c.

Regula 71.

Heteroclita secundæ declinationis cum plurali masculino sunt

אֵלָה *quercus*, בֵּיצָה *ovum*, גַּחֶלֶת *pruna*, הֵיכָלָה *palatha*, דְּבוֹרָה *apis*, דָּת *lex*, זְמוֹרָה *palmes*, חִטָּה *triticum*, חֲשֵׁכָה *tenebræ*, יוֹנָה *columba*, יַעֲנָה *ulula*, כַּר *clidus*, כֻּסֶּמֶת *spelta*, לְבֵנָה *later*, מִלָּה *dictio*, נְמָלָה *formica*, סְאָה *satum*, שְׂעוֹרָה *hordeum*, פִּשְׁתָּה *linum*, פַּת *frustum*, שִׁטָּה *cedrus*, שִׁבֹּלֶת *spica*, שְׁבוּת *captivitas*, שָׁנָה *annus*, תְּאֵנָה *ficus*. Et huc pertinet etiam נָשִׁים *mulieres*, quasi à נְשָׁה.

Regula 72.

Diclita fœminina, quæ promiscuè pluralem formant, nunc ex primâ, nunc ex secundâ declinatione hîc occurrunt novem.

אֵימָה *terror.*	אֲשֵׁרָה *lucus.*
בִּכּוּרָה *primitiæ.*	חָצֵר *atrium.*
אֲלֻמָּה *fascis.*	חֲנִית *hasta.*
כָּתֵף *humerus.*	כִּכָּר *talentum.*

עָב *nubes.* Ex his בִּכּוּרָה plurale fœmininum irregulariter facit cum Patach בַּכּוּרוֹת *præcocia.*

Regula

Regula 73.

Pluralia tantùm sunt absque singulari Nomina ætatum, aliaque pauca usu observanda: ut, נְעוּרִים *pueritia,* עֲלוּמִים *adolescentia,* בְּתוּלִים *virginitas,* זְקֻנִים *senectus,* חַיִּים *vita.* Sic, מְתִים *mortales,* פָּנִים *facies* : & constructum אַשְׁרֵי *beatitudines.* Fœminina hic pauciora occurrunt: ut, תּוֹלְדוֹת *generationes,* מוּצָקוֹת *infundibula.*

Regula 74.

Hæc nomina in numero multitudinis prorsus variant à suis singularibus: ut,

אֱנֹשׁ	*homo*	אֲנָשִׁים	עִיר	*urbs*	עֲיָרִים
אֹהֶל	*tentorium*	אֹהָלִים			עָרִים
אֹמֶר	*sermo*	אֲמָרִים	עַיִר	*asellus*	עֲיָרִים
בַּיִת	*domus*	בָּתִּים	צִפּוֹר	*avis*	צִפֳּרִים
בֵּן	*filius*	בָּנִים	קוֹדֶשׁ	*sanctitas*	קֳדָשִׁים
דּוּד	*sporta*	דְּוָדִים	רֹאשׁ	*caput*	רָאשִׁים
		חוֹחִים	שׁוּק	*platea*	שְׁוָקִים
חוֹחַ	*spina*	חֲוָחִים	שׁוֹר	*bos*	שְׁוָרִים
חַיִל	*acies*	חֲיָלִים	שְׂלָו	*coturnix*	שַׂלְוִים
יוֹם	*dies*	יָמִים	שִׁקּוּי	*potio*	שִׁקּוּיִם
					שֹׁרֶשׁ

יָרֵחַ	*mensis*	יְרָחִים	שֹׁרֶשׁ	*radix*	שָׁרָשִׁים
מָדוֹן	*lis*	מְדוֹנִים	תַּיִשׁ	*hircus*	תְּיָשִׁים

Pauciora ex fœmininis : ut,

אָחוֹת	*soror*	אֲחָיוֹת	בִּירָה	*palatium*	בִּירָנִיּוֹת
אַשְׁפִּית	*stercus*	אַשְׁפַּתּוֹת	גַּיְא	*vallis*	גֵּאָיוֹת
בַּת	*filia*	בָּנוֹת	עַיִן	*fons*	עֲיָנוֹת



Caput Quintum
DE PRONOMINE.

Pronomen
- Rectum, casui recto deservi-ens, est vel
  - Integrum, quod est personale, Regula 75.
  - Defectivum
    - Relativum,
    - Interrogativum,
    - Demonstrativum, } R. 76
- Obliquum, casus obliquos recti supplens dicitur Affixum, Regula 77.

Regula 75.

Pronomen integrum personale, genere & numero distinctum, est triplex :

Personæ	Sing.	Plur.
1.	אֲנוֹכִי אֲנִי *ego.*	אֲנַחְנוּ נַחְנוּ *nos.*
2.	אַתָּה *tu*, masc.	אַתֶּם *vos*, masc.
	אַתְּ *tu*, fœm.	אַתֵּן & אַתֵּנָה *vos*, fœm.
3.	הוּא *ille.*	הֵם & הֵמָּה *illi.*
	הִיא *illa.*	הֵן & הֵנָּה *illa.*

Nota.

Nota. 1. אֲנִי cum accentu distinctivo scribitur אָנִי. Plur. אֲנַחְנוּ cum aphæresi א ter tantùm occurrit, & semel contractè אֲנִי quod juxta vocales legitur אֲנַחְנוּ Jer. 42. 6.

2. אַתָּה analogicè dici debebat אַנְתָּה (ut adhuc apud Chald. & Syros videre est) sed dagesch forte defectum literæ נ supplet. Quinquies scribitur אַתְּ per apocopen, ut notavit Massora ad Eccl. 7. 23.

3. אַתְּ sexies cum (י) redundante occurrit h. m. אַתְּי atque beneficio hujus (י) formantur singular. fœminina in Futuris. Ter verò ponitur per enallagen generis אַתָּה

4. הוּא reperitur aliquando cum י in gremio literæ (ו) h. m. היא

5. הִיא sæpè scribitur cum ו in medio, h. m. הִוא & quidem semper in Mose, exceptis undecim locis, ut notavit Massor. ad Gen. 38. 25. Et in hac scriptione patroni Vulgatæ versionis præsidium quærunt, quasi Gen. 3. 15. scriptum fuerit הִוא *ipsa conteret*, quam etiam Editio Regia inserere voluit, sed lapsu Correctorũ scriptũ est הִות quæ vox nihil significat.

6. הֵם Hanc vocem Pagnin. deducit ab הָמָה *strepuit*, quoniam hoc Pronomen *Ipsi*, significat multitudinem, quæ non est sine strepitu. Et hinc geminatum מֵהֶמֵהֶם *ex illis ipsis*, i. e. ex semine eorum, Ezek. 7. 11.

7. הֵן

7. הֵן bis per enallagen generis ponitur pro הֵם Ruth. 1. 13. 2 Sam. 4. 6.

Regula 76.

Pronomina defectiva sunt, quæ genere vel numero deficiunt. Suntque

Relativum אֲשֶׁר omnis generis & numeri.

Interrogativum { Personæ מִי / Rei מָה מֶה } Omnis generis & numeri.

Demonstrativum. Singulare tantùm masc. gen. זֶה (pro quo semel זֶה) *hic, iste,* & cum prosthesi ל, לָזֶה & per apocopen, לָז Fœmin. זוֹה & זאת *hæc, ista.*

Plurale tantùm utriusque generis אֵלֶּה אֵל *illi, illa, illa.* Et octies הָאֵל legitur in sensu prophano (vide Massor. Gen. 26. 4.) cum aliâs semper significat *Deus.*

Utriusque numeri & generis est זוּ זוֹ *hic, hæc, illa,* & cum prosthetico ל. לָזוּ

Verùm ista לָזֶה לָז & לָזוּ non usurpantur nisi cum ה præfixo, & aliquam fastidiosam compellationis speciem præ se ferunt, quâ te-rè de ignotis uti consuevimus, inquit *Graserus* ad Dan. 9. 16.

Regula

Regula 77.

Obliquum casum pronominis Recti supplet vox ex pronomine personali mutilata, quando articulo aut voci alicui ad finem affigitur, unde etiam Affixum dicitur.

Affixorum autem hæc est tabella.

Tertia.		Secund.		Prim. perſ.	
ה ֶנָה	ו ו הו ֵנו	ךְ	ךָ	י נִי ֵנִי	Sing.
ן הֶן	ם הֶם מו	כֶן	כֶם	נוּ ֵנוּ	Plur.
fœmin.	maſculin.	fœ.	ma.	communis	

Nota. 1. *Affixa dividuntur in Levia, & Gravia.* Gravia ſunt, quæ binis literis mobilibus conſtant. Suntque הם כן כם הן. Cætera omnia ſunt Levia. Gravia etiam alio nomine vocantur *Affixa Conſtructa*, eò quòd dictionibus, quibus copulari debent, eandem mutationem punctorum, nec non conſonarum, in utroque numero imperant, quam regimen requirit.

2. כ in affixis ſecundæ perſonæ utriuſque generis & numeri eſt loco ת, idque ut hæc affixa diſtingui poſſint à literis formativis perſonarum, in Præteritis verborum.

Declinantur Pronom. cum articulis h.m.

	Ego	mei	mihi	me	à	me.	
1. perſ.	אֲנִי	שֶׁלִּי	לִי	אוֹתִי	מֶנִּי	מִמֶּנִּי	Com.
	Nos	noſtri	nobis	nos	à	nobis.	
	נַחְנוּ	שֶׁלָּנוּ	לָנוּ	אוֹתָנוּ	מֶנּוּ	מִמֶּנּוּ	

2. personæ.	Tu	tui	tibi	te	à te.	Masc.
	אַתָּה	שֶׁלְּךָ	לְךָ	אוֹתְךָ	מִמְּךָ	
	Vos	vestri	vobis	vos	à vobis.	
	אַתֶּם	שֶׁלָּכֶם	לָכֶם	אֶתְכֶם	מִכֶּם	
	Tu	tui	tibi	te	à te.	Fœm.
	אַתְּ	שֶׁלָּךְ	לָךְ	אוֹתָךְ	מִמֵּךְ	
	Vos	vestri	vobis	vos	à vobis.	
	אַתֶּן	שֶׁלָּכֶן	לָכֶן	אֶתְכֶן	מִכֶּן	
3. personæ.	Ille	illius	illi	illum	ab illo.	Masc.
	הוּא	שֶׁלּוֹ	לוֹ	אוֹתוֹ	מִמֶּנּוּ	
	Illi	illorum	illis	illos	ab illis.	
	הֵם	שֶׁלָּהֶם	לָהֶם	אוֹתָם	מֵהֶם	
	Illa	illius	illi	illam	ab illa.	Fœm.
	הִיא	שֶׁלָּהּ	לָהּ	אוֹתָהּ	מִמֶּנָּה	
	Illæ	illarum	illis	illas	ab illis.	
	הֵן	שֶׁלָּהֶן	לָהֶן	אוֹתָן	מֵהֶן	

Nota. 1. שֶׁל quod hic adhibetur ad denotandum casum Genitiv. apud Rabbinos tantum est usitatum pro articulo Genitivi casûs. In Bibliis autem usurpatur pro *propter*.

2. אֵת nota casus Accusativi ad commodiorem conjunctionem mutatur in אוֹ, at ante affixa gravia manet: ut, אֶתְהֶם *illos*, אֶתְהֶן *illas*.

3. Particula מִן *ex*, *à*, &c. cum affixis abjicit נ & מ geminat. Sed in primâ personâ retinet נ, eique dagesch imprimit: ut, מֶנִּי & מִנִּי *à me*, &c.

4. Inter Ablativum primæ personæ מִמֶּנּוּ *à nobis*, & tertiæ personæ מִמֶּנּוּ *ab illo*, in scriptione

ne nulla est differentia: quam tamen Judæi orientales, sive *filii Naphtali* observant, ac proinde primam personam מִמֶּנוּ *à nobis*, absque dagesch in נ legunt.

5. Ablativus in tertiâ personâ plurali utriusque numeri formatur ex præfixo מֵ pro quo irregulariter מִנְהֶם *ab illis*, Job. 11. 20.



Caput Sextum

De Particulis Inseparabilibus.

Particulæ inseparabiles sunt,	Consignificativæ septem,	משה וכלב
	Expletivæ tres,	מו די פי

Regula 78.

Mem vocibus præfigitur per Chirek sequente dagesch, quod quando locum non invenit, Chirek in Tzere compensativum mutatur: ut, מֵעִיר *à civitate.*

Ponitur hæc particula pro מִן *ex, è, de, præ,* & in compositione abscondit נ per dagesch. Aliquando tamen sine omni complemento נ abji-

abjicit: ut, מִחוּט *à filo,* מִחוּץ *extra,* מִהְיוֹת *ab esse,* sicque semper cum hoc Infinitivo usurpatur.

Cum Infinitivo negationem includit: ut, *me spreverunt* מִמְּלֹךְ *à regnando super eos,* i. e. ne regnem. Aut etiam comparativè sumitur: ut, *Bonum est sperare in Domino,* מִבְּטֹחַ *à confidere in hominibus,* i. e. melius est, &c. quàm, &c.

Speciale est לְמִבָּרִאשֹׁנָה *inde à principio,* ubi מ est cum Patach, & tres literæ serviles.

Nota. Ob commutabilitatem literarum ejusdem organi, ב pro præfixo מ ponitur quater: ut, כֵּאָדָם pro מֵ *ab homine,* Jos. 3. 16. בֵּעֵבֶר *à transitu,* Cap. 24. 15. בְּיָמִין *à dextra,* 2 Reg. 12. 10. בִּמְּלוֹךְ *à regnando,* Cap. 23. 34.

Regula 79.

Schin, modò habet vim relativi, modò conjunctionis causalis, & regulariter notatur cum Segol: ut, שֶׁאֵל *quod Deus,* שֶׁלִּי *quæ mihi.*

Quinquies per Patach: ut, בְּשַׁגַּם *in quo etiam,* שַׁקַּמְתִּי *quòd surrexi,* ter, שַׁדִּין *quod judicium.* Semel cum Cametz, שָׁאַתָּה *qui tu.* Bis cum Scheva, שְׁהוּא *quo ipse,* שְׁהֵם *quòd ipsi.*

Semel pro ש ponitur ס: ut, סָעוֹמֵד *qui stat,* Dan. 10. 11.

Nota.

Nota. Hæc litera ש est media ex pronomine integro אֲשֶׁר unde etiam ejus punctum & significationem retinet.

Regula 80.

He Erothematicum vocibus præfigitur per Chateph Patach, at sequente gutturali cametzata, habet Segol; sequente verò litera servili annectitur per Patach sequente dagesch.

Et hæc triplex forma occurrit unico versu, Num. 13. 19. הֲטוֹבָה *num bona?* הֶעָרִים *an urbes?* הַבְּמַחֲנִים *num in castris?* Excipitur הַצֳּרִי *an opobalsamum?* Jer. 8. 22. ubi est Patach simplex.

Differt ab ה Emphatico h. m. 1. ה emphaticum literis servilibus nunquam superponi solet, hoc potest & solet: ut, הַכְּצַעֲקָתָהּ *num sicut clamor illius?* 2. ה emphaticum habet Metheg antè: ut, הַֽמְכַסֶּה *celans*, hoc, pòst: ut, הַמְֽכַסֶּה *num celans?* 3. ante gutturales solo sensu distinguuntur.

Est & aliud ה *Relativum, Præteritis & Participiis præfixum, per Patach sequente dagesch: ut,* הַשָּׂמָה *qui posuit.*

Ante non dageschabiles, plerunque compensatio negligitur: ut, הַהֹפְכִי *qui mutat*, (quod est particip. Kal cum ' parag.) Et semel etiam ipsum ה excluditur: ut, בַּהֵכִין *in locum quem præparavit*, 2 Chron. 1.4. à כּוּן

Regula 81.

Vav Conversivum Futuri, præfigitur per Patach sequente dagesch: ut, וַיִּבֶן *& ædificavit.*

Vav conversivum Præteriti & Copulativum, regulariter sibi substernit Scheva: sed si sequatur labialis vel Schevata assumit וּ *ut,* וּבְדֶרֶךְ *& in via.*

Excipe, Jodh schevatum, itemque verba הָיָה *fuit*, & חָיָה *vixit*, quæ in illis personis in quibus prima radicalis, Scheva simplici afficienda venit, præfigunt sibi ו cum Chirek vicario τῶ Scheva: ut, וִימִינִי *& dextra mea*, pro וְיְמִינִי Sic, וִהְיִיתֶם *& fuistis*, וִחְיוּ *& vivite*.

Ante vocem monosyllabam, aut bisyllabam penacutam (etiam non obstante Labiali) *usitatissime habet Cametz, maximè cum duo substantiva conjunguntur in sensu uno:* ut, תֹהוּ וָבֹהוּ *inanitas & desolatio*, יוֹמָם וָלָיְלָה *interdiu & nocte*,

nocte. Semper in pausa: ut, דּוֹר וָדֹר *generatio & generatio*, וָמֵת *& morieris.*

Nota. Juxta *Erpenium* Vav datur triplex: 1. *Vav copulativum*, quod simpliciter vocem cum voce copulat. 2. *Vav conversivum*, quod præter copulandi usum commutat significationem præteriti in Futurum, vel contra, Futuri in præteritum: 3. *Vav luxuriosum*, quod tantum capita & libros ex usu linguæ inchoat, ut videre est Gen. cap. 2. et 3. et 4. Item ab initio libri Exod. Levit. Josuę, &c.

Observa, ו copulativum undecim vocibus præfigitur, sed non legitur: ut, ותִקְעוּ *clangite*, ויוצִיאוּ *educent*, &c. Itidem in aliis undecim locis non scriptum, legitur, cujus signum est punctum ejus vocale, ante literam, præfixum; ut, אַב אַיִן אָב *& non pater*, אֲנַחְנוּ אֵינָם *& non ipsi sed nos*, &c. Denique in 22. dictionibus scribitur pro eo (') sed legitur per ו: ut, יִשְׁאַל *& petet*, יָבֹאוּ *& veniunt*, &c. Verùm illius redundantia, hujus absentia, istius verò antistichiosis, à Massorethis ad marginem Biblicum est notata.

Regula 82.

Literæ בּ֗כּ֗לּ *vocibus præfiguntur per Scheva, sed gutturalibus cum Cametz Chatuph notatis, ut & affixis pronominibus per Cametz longum: ut,* בַּחֲרִי *in ira*, בָּהֶם *in illis.*

Tria

Tria tamen affixa ' ו ךָ his literis ea adjiciunt puncta, quæ nominibus singularis numeri præmittunt: ut, לְךָ לוֹ בִּי &c.

Nota. 1. כ est nota similitudinis & mensuræ: ut, כִּמְעַט *quasi parum*, i.e. fermè: Cum Pronomine זאת habet Cametz: ut, כָּזֹאת *sicut hoc.*

2. ל modo est articulus, modo præpositio *ad, in*, &c. *Ante vocem monosyllabam, vel bisyllabam penacutam, habet quandoque Cametz*: ut, לָמַיִם *ad aquas*, & perpetuò cum Infinitivis: ut, לָסֹב *ad circumeundum*. Excipe, לָצֵאת *ad egrediendum*, Exod. 29. 1. לָשֶׁבֶת *ad sedendum*, Gen. 16. 3. Num. 21. 15. aliâs semper regulæ paret.

3. ב interdum est auxilii & instrumenti: ut, בַּחֶרֶב *cum gladio*; interdum adhæsionis: ut, בְּעוֹרִי *in cute meâ*; interdum verò periphrasis adverbii: ut, בְּמִרְמָה *in dolo*, i. e. dolosè. Ante Pronomen זֶה gestat Cametz: ut, בָּזֶה *in hoc.*

4. *Ista literæ* בְּכְלְ *in Infinitivis Niphal & Hiphil non rarò characteristicum* ה *proscribunt, ejusque vocalem possident*: ut, בֵּעָטֵף pro בְּהֵ *cum obrueretur*, בֵּהָרֵג *in interficiendo*, Ezek. 26. 15. cum Segol propter gutturalem cametzatam: בִּכְשִׁלוֹ *ad impingendum eum*. Ita, כַּנְלֹתְךָ *secundum absolvere te*, Jes. 33. 1. Infinit. Hiph. cum

cum dagesch euphonico, לָבִיא *afferre*, לָדִין *judicare*, לַחֲטִיא *peccare*. At בְּהִלּוֹ *in lucendo ipsū*, Job. 29.3. excludit ה unà cum suâ vocali: pro בְּהַהִלּוֹ ab הָלַל

Regula 83.

Particulæ וכלב *quoties voci* אֱלוֹהַּ *præfiguntur, semper habēt Tzere, & א puncto proprio privant: ut,* לֵאלוֹהִים, לֵאלוֹהַּ, וֵאלוֹהִים

Et hoc etiam Infinitivus אֱמוֹר cum ל junicatur: ut, לֵאמוֹר *ad dicendum.*


Eædem cum אֲדוֹן *&* יְהוָה *ex gemino Scheva componunt Patach, in quo sequens litera quiescit: ut,* וַאדֹנָי *& Dominus,* וַיהוָה

Nota. Prisci, reverentiâ hujus gloriosi nominis ducti, nomen hoc יְהוָה vel יֱהוִה pronunciare caverunt, sed vel per אֲדֹנָי vel (si hoc proximè antecedat, vel sequatur) per אֱלֹהִים expresserunt: hæc enim nomina in punctis conveniunt, nisi quod in his sit Scheva compositum, ibi verò simplex. Hinc fit, quod hoc nomen tetragrammaton cum literis præfixis affectiones vocis אֲדֹנָי in punctatione sequatur, quæ omninò ipsi per se non quadrat: ut, בַּיהוָה

כַּיהוָה pro כִּיהוָה Sic, מֵיהוָה vel מֵיְהוָה ad formā vocis מֵאֲדוֹנָי. Et hinc etiam petitur ratio, quod literæ Begad-cephat post יהוה scriptæ, dagesch leni afficiantur.

Regula 84.

Particulæ inseparabiles ut poßint separatam dictionem efficere, sæpè syllabicas adjectiones מוֹ פִּי דֵי *assumunt : ut,* בְּדֵי רִיק *in vanum,* בְּדֵי אֵשׁ *in igne,* כְּדֵי *sicut,* מִדֵּי בָא *ex quo venit,* לְפִי & כְּפִי *secundum* vel *pro ratione,* כְּמוֹ־אוֹפֶל *in caligine,* לְמוֹ־אֶרֶב *in insidiis.* Usitatissimum verò est כְּמוֹ *sicut* : quod si jungatur affixis gravibus, כ notatur cum Scheva : ut, כְּמוֹכֶם *sicut vos,* כְּמוֹהֶם *sicut illi.* Cum reliquis autem gestat Cametz : ut, כָּמוֹנִי *sicut ego,* כָּמוֹךָ *sicut tu, &c.*



Caput Septimum

De Mutatione Punctorum.

- Punctorum mutatio est vel
  - Euphonica ob
    - soni vel puncturæ affinitatem, Regula 85.
    - concinniorem vocum clausulam, Regula 86.
  - Necessaria ob
    - Scehva jim concursum
      - simplicis sub
        - quacunque litera cum simplici, Reg. 87.
        - Jodh, præcedente ejus vicario, Reg. 88.
      - compositi cum simplici, Reg. 89.
    - Literas gutturis quæ
      - respuunt (:) simplex
        - perpetuo mobile.
        - aliquando quiescens, Regula 90.
      - punctuant literam præcedentem, Regula 91.
      - producunt (-:) in (-), Reg. 92.
    - Dagesch, quod literis
      - imprimitur
        - necessario,
        - ob euphoniam, Regula 93.
      - demitur
        - necessariò ex
          - gutturalibus & ר. Regula 94.
          - literâ schevatâ, Regula 95.
        - accelerandæ pronunciationis causâ in non gutturalibus, Reg. 96.
      - resolvitur in vocalem longam, Reg. 97.
      - adsciscitur loco vocalis longæ, Reg. 98.
    - Incrementum dictionis, Regula 99.

Regula 85.

Euphonica punctorum mutatio est, quando ob soni vel scripturæ affinitatem, vel etiam quandam aliam cognationem, puncta inter se commutantur.

1. *Cametz & Segol alternant*: ut, אָרֶץ & אֶרֶץ *terra*, (quomodo semper cum ה emphatico usurpatur) וְאֶשְׁעֶה *& respiciam*, וְנִשְׁתָּעָה *& obstupescamus*, תִּכְלֶה *consumetur*, quæ ad formam quiescentium tertiâ א habent Cametz pro Segol. E contrà, וְלָנָה *& pernoctabitur*, (præterit. fœminin. Kal à לוּן) יְרַשְּׁנָה *in cinerem redigent*,) Futur. Pihel, cum ה parag.) in quibus Segol pro Cametz.

 2. *Tzere*

2. *Tzere & Chirek magnum sunt commutabiles*: ut in Particip. Kal תּוֹמִיךְ *sustentans*, יוֹסִיף *addens*, pro סֵף &c. In Hiphil, מוֹצִיא *faciens exire*, pro מוֹצֵא à יָצָא. Sic, וְיָרִיעוּ *& jubilabunt*, pro רֵי à רִיעַ. Item הֵקִירָה pro קֵר *scaturire fecit*, à קוּר. Sic, הוֹרַדְתִּינוּ pro תֵּי *fecisti nos descendere*, הֵנֵצוּ *germinarunt*, pro נִי à נוּץ, quod semel venit cum א epenthetico, וְיָנֵאץ *& efflorescet*, Eccl. 12. 5. Ita, חֵן & חִין *gratia*, אֵין & אִין *non*, בֵּן & בִּן *filius*.

3. *Tzere subit vicem* ֶ *Segol, in his subsequentibus vocibus*: ut, הֶעֱלָה *fecit ascendere*, pro הֵ Hab. 1. 15. הֶחֱדֵל *desinens*. Et contractè תֵּאתֶה *veniet*, pro תֶּאֱתֶה.

E contrà, *Segol subit vicem* ֵ *Tzere*: ut, וַיֶּחֱמוּ *& incalescebant*, Gen. 30. 39. à יָחַם ubi (י) debebat occultari in Tzere. Sic, יֶחֱמַתְנִי *fovit me*, Psal. 51. 7. Præterit. Pihel, ubi dagesch exclusum debebat compensari vocali longâ Tzere. Ita, אֶחֱרוּ *tardant*, quod itidem est pro אֵ.

4. *Tzere & Patach alternant*: ut, הֶעֱבַרְתָּ *fecisti transire*, pro הֵ. Ita, שֹׁלֵחֲךָ *mittens te*, pro לֵ. Usitatè autem in Futuris Kal ponitur pro Patach: ut, לֵךְ *abi*, שֵׁב *sede*, אֵשֵׁב *sedebo*, יָגֵל *revolvet*. Hinc

Usitatissimè pro terminali Tzere substituitur Patach, & potissimum cum ultima radicalis est ח *vel*

vel ע ut, תָּלַן *pernoctabis*, reperitur bis; estque formæ תָּקִים sed (׳) conversum est in Tzere, & hoc rursus in Patach. Ita, וַתָּרַע *& male egisti*, וַתָּעַר *& contestatus est*, וַיָּעַר *& suscitavit*, וַתָּסַר *& deposuit*: quæ omnia sunt ex Quiescentibus secundâ in Hiphil. Sic ex quiescentibus primâ Jodh, וַיַּקַּף *& cinxit*, תּוֹכַח *corripito*, תּוֹסַף *addes*, quod semel ad currendam lectionem facit תּוֹסְףְּ Prov. 30. 6.

5. *Cholem, Schurek, Kybbutz & (ֻ) chatuph sunt fratres.* Et quidem

Cholem ponitur pro ּ in verbis quiescentibus secunda ו: ut, יָשׁוֹב *revertetur*: itemq; in paucis nominibus: ut, עֵדוֹת *testimonium*. Latioris etiam pronunciationis causâ subit vicem (ֳ) chatuph: ut, זוֹעֲמָה *detestare*, quod est Imperat. Kal cum ה parag. pro זְעֹם. Item, הוֹעֲלָה *factus est ascendere*, præterit. Hoph. pro הָעֳלָה & sic הוֹעֲלָתָה

Schurek ponitur pro Cholem vel Kybbutz: ut, תִּשְׁמוּרֵם *custodiet eos*, יִשְׁפּוּטוּ *judicabunt*, נוּגוֹת *mæsta*, particip. fœminin. Niph. à יָגָה. & sic נוּגֵי *mæsti*, plurale constructum. Ita, עוּזָה pro עֻזָּה *fortitudo*, הוּלְלוּ pro הֻלְלוּ *laudati fuerunt*, זוּנָה pro זֻנָּה *scortatus est*.

Kybbutz ponitur pro ו vel Cametz-chatuph, ut, מֻסַּבּוֹת pro מוּסַבּוֹת *circumclusa*, יָרֻם *& vermificavit*, Futur. Kal. à רָמַם. Sic, וְתֻמְלָם *clementiâ*

mentiâ utendo super eos, Infinit. Kal pro חֲמַ.

Cametz-chatuph ponitur pro Schurek: ut, תְּרָצְּחוּ *occidemini*, pro תְּרֻצְּ sicque est in Pyhal: at Filius *Naphtali* legit per Patach sub ה ex Pihel, *occidetis*, Psal. 62.4. Ita כֻּסּוּ pro כֻּסּוּ *operti sunt*, à כָּסָה.

6. *Patach, Segol, & Chirek parvum, sunt confratres.* Hinc,

(a) *Patach ante gutturales cametzatas, vel Chateph-cametz habentes, mutatur in Segol*: ut, הֶהָיִיתָה *num fuisti?* ubi Chateph-patach sub ה interrogativo propter sequentem gutturalem producitur in Patach, & hoc rursus ante gutturalem cametzatam mutatur in Segol. Sic, הֶהָרִים *isti montes*, הֶעָרִים *istæ urbes*, &c. ubi Patach sub ה emphatico mutatur in Segol. Ita, הֶחֳדָשִׁים *calendæ*, & excluso ה emphatico, וּבֶחֳדָשִׁים *& in noviluniis*. Et hanc legem etiam servat Patach *ante Resch cametzatum*: ut, הֶהָרָה *versus montem*, ubi הַר sortitum ה locale cum Cametz, convertit suam vocalem Patach in Segol.

Abjectâ verò vel mutatâ vocali Cametz, Patach redit, v.g. in pausa יִנָּחֵם *pœnitebit ipsum*, dempto Sylluk, Cametz mutabitur in Patach, & Segol redibit in Patach, fietque יִנַּחַם. Sic ex fœminino לֶהָבָה fit masculinum, לַהַב *flamma*: ita אֶחָד in pausa, at extra pausam

pausam אֶחָד *unus.* Et huc pertinent omnia nomina formæ גֶּנֶב in quibus media radicalis est ex gutturalibus :ut, גַּחַל *pruna*, כַּחַשׁ *mendax*, פֶּחָה *dux*, פֶּחָם *carbo*, פֶּחָר (Chaldaic.) *figulus*, in quibus in Regimine mutato Cametz pro Segol, redibit Patach : ut, גַּחֲלֵי *prunæ*.&c.

(β) Segol ponitur pro Patach, sub secundâ radicali præteriti, nec non primâ Imperativi Kal, ut & paucis nominibus usu observandis: ut, שְׁאֶלְתֶּם *petiistis*, חֶפְשִׂי *nuda te*, אֶסְפָה *congrega*, (Imperat. cum ה parag.) Ita, וּלְבֶן *& albus*, in Regim. pro לָבָן ex לָבָן? Sic, יֶדְכֶם *manus vestræ*, pro יַד & עֶדְרֵי *greges*, in constructione ex עֲדָרִים

(γ) *Patach vicarium est pro Segol, ante vel sub gutturalibus* עחהי *quoties vox Milhel manet*: ut, וַיִּשַׁע *& respexit*, quod est Futur. apocopatum Kal ex יִשְׁעֶה. abjecto ה, Segol transit ad primam radicalem, quod rursus propter gutturalem in Patach mutatur. Et huc pertinent omnes voces formæ קוֹדֶשׁ סֵפֶר & מֶלֶךְ ut, יֵשַׁע *salus*, נֵצַח *æternitas*, מֵצַח *frons*. Sic, תּוֹאַר *forma*, פּוֹעַל *opus*. Item, זֶרַע *semen*, צֶלַע *costa*, בַּעַל *dominus*, זַעַם *indignatio*, &c. In quibus omnibus hoc notandum, quod si penultima litera fuerit gutturalis, tum utrumque Segol mutatur : ut, בּוֹרַחַת pro רַחַת *fugiens* : sin autem ultima, tunc posterius tantum: ut פֶּתַח pro פֶּתֶח *ostium*, Qua-

Quatuor tamen hic excipiuntur: אֹהֶל *ten-*
torium, בֹּהֶן *pollex*, בְּאֹשׁ *fætor*, לֶחֶם *panis.*
At utramq; formam habet רֶחֶם & רַחַם *uterus.*

Huc etiam referendum עַד (à עָדָה) *æterni-*
tas, quod semper cum ו cametzato, scribitur
cum Segol: ut, וָעֶד sicq; semper occurrit post
עוֹלָם

(δ) Chirek parvum est pro Patach sub pri-
mâ radicali præterit. Pihel, & secundâ præ-
terit. Kal & Hithpahel, nec non characteristi-
co ה Infinitivi Hiphil: ut, נִשַּׁנִי (à נָשָׁה) *obli-*
visci fecit me, יְלִדְתִּיךָ *genui te*, יְרִשְׁתֶּם *posse-*
distis, הִתְקַדִּשְׁתִּי *sanctificavi me*, הִתְגַּדִּלְתִּי *ma-*
gnificum feci me, הִקְצוֹת *abradere*. Et sic, דִּמְכֶם
sanguis vester, pro דַּם

(ε) Sub characteristico נ præteriti Niphal,
& ה conjugat. Hiphil, pro Chirek interdum
substituitur Segol: ut, נֶגְרַע *succisus est*, הֶגְלָה
deportavit, הֶלְאָה *fatigavit*, הֶרְאָה *ostendit*,
הֶכְלַמְתּוּם *calumniis afficietis eos.*

Vicissim, pro Segol in primâ personâ Fu-
tur. Niph. sub א ponitur Chirek: ut, אִנָּתֵן *da-*
bitur, אִבָּנֶה *ædificabor*, אִשָּׁבַע *jurabo*. Idque
perpetuò in Verbis quiescentibus primâ Jodh,
cum illud in cognatum ו mutatur: ut, אִוָּלֵד *na-*
scar, אִוָּרֵשׁ *inopiâ premar*, אִוָּשַׁע *servabor*. Et sic
etiam in quibusdam nominibus constructis:
ut, הֶגְיוֹן *meditatio*, חֶזְיוֹן *visio*, ex הִגָּיוֹן & חִזָּיוֹן

ubi

ubi propter Regimen, converso Cametz in Scheva, dagesch ex literâ schevatâ tollitur.

7. Duplex Segol in voce cujus penultima est א, convertitur in Tzere & Scheva: ut, שְׂאֵת pro שְׂאֵת *ferre*, נֹשְׂאֵת *afferens*. Sed hic usitatiùs Scheva ante א (more Syrorum) excluditur, inque ejus locum Tzere rejicitur: ut, צֵאת *exire*, יוֹצֵאת *egrediens*, הַחוֹטֵאת *peccans*.

8. Cametz-chatuph vel chateph (ֳ) ponitur pro Chirek parvo, in secundâ singulari & plurali personâ Imperativi Kal: ut, מָלְכִי *regna*, וְעָלְזִי *& exulta*, חֶשְׂפִּי *denuda*, חָרְבוּ *desolamini*, מָשְׁכוּ *trahite*, שָׁדְדוּ *vastate*. Sic, חָרְבִי *exsicca*, cum Cametz propter pausam: צָעָקִי *clama*, ad cujus formam est קָסֳמִי *divina*, 1 Sam. 28. 8. Semel hic est Segol pro Cametz-chatuph: ut, אֶחֱזִי *prebende*, Ruth. 3. 15.

9. Denique pro Chateph-patach est Chateph-segol, sed rariùs: ut, אֱזָרֶה *dispergam*, in Futur. Pihel pro אֲ הֱקִיצוֹתִי *experrectus sum*, præt. Hiph. formæ הֲקִימוֹתִי

Regula 86.

Ob concinniorem vocum clausulam, sæpè una vox alterius formam in punctis imitatur, licet sint diversi ordinis:

ut, הוֹרוֹ וְהֹגוֹ *docere & meditari*, Jes. 59. 11. prius est Infinitiv. Hiph. à יָרָה, ad cujus formam posterior Infinit. Kal ratione punctorum vicinitatis ergo sese accommodat, pro הָגוֹ Sic, וְהִתְגֹּרְעֲשׁוּ *& quassabunt se*, pro גָּ Jer. 25. 15. in gratiam sequentis, וְהִתְהֹלָלוּ. Ita, מוֹבָאֶךָ *ingressum tuum*, 2 Sam. 3. 26. in gratiam præcedentis, מוֹצָאֲךָ *egressum tuum*, habet Cholem pro ־ מְבוֹא à מְבוֹ

Regula 87.

Geminum Scheva ab initio, (& in medio post syllabam perfectam) nusquam concurrit, sed prius in Chirek aut Patach, vel etiam Segol maximè propter gutturalem et ר *elevatur.*

Puncti vocalis Scheva, in aliud punctum permutatio, dicitur *Elevatio*, eò quòd elevetur sive educatur è statu ἀσυςάτῳ in συςατικὸν, quæ elevatio semper accidit (:) suâ naturâ mobili, cum ratione formationis aliud immediatè sequitur.

Regulariter autem priùs Scheva elevatur in Chirek, & semper sub literis כלב sive sint serviles, sive radicales: ut, דִּבְרֵי in Regimin. ex דְּבָרִים *verba*, בִּדְבַר *in verbo*. At observa,

1. *Omnis dictio quinque punctorum sub gutturali habet Chirek:* quod semper fit in illis,

quæ

quæ literam ק includunt, (si unicum חֵלֶק *pars*, excipias, quod facit חֶלְקִי, חֶלְקוֹ) ut, חֵשֶׁק à חִשְׁקִי *desiderium*, & sic in עֵמֶק *vallis*, חֵקֶר *perscrutatio*, חֵקֶק unde plur. חִקְקִים *statuta*, & in Regim. חִקְקֵי. Sic ab אֹמֶר fit אִמְרִי *sermo meus*. A חֵצֶן fit וְחִצְנוֹ *& lacertum suum*. Ab אֵשֶׁת *uxor*, אִשְׁתִּי & semel אֶשְׁתְּךָ Ps. 128. 3.

2. *In vocibus sex punctorum, itemque polysyllabis Milhel, prius Scheva elevatur in Patach: ut,* à כֶּרֶם *vinea* fit כַּרְמוֹ. à שֶׁוַע *clamor*, שַׁוְעִי. Et sic in גֶּפֶן *vitis*, כֶּבֶל *compes*, נֶפֶשׁ *anima*, צֶמֶר *lana*, &c. Sic in polysyllabis, מַמְלָכָה *regnū*, מַמְלַכְתּוֹ. Ita חוֹתֶנֶת *socrus*, אַפֶּדֶן *palatium*, מַפְרֶקֶת *syncipūt*, &c. Et hoc etiam imitatur כָּנָף ut, כְּנָפַיִם *ala*, in Regim. כַּנְפֵי.

Excipe, בֶּרֶךְ *genu*, גֶּלֶד *cutis*, גֶּרֶשׁ *protrusio*, כֶּלֶא *carcer*, בֶּלַע *absorptio*, לֶדֶת *parturire*, פֶּלֶא *miraculum*, פֶּרֶד *mulus*, שֶׁלַח *missile*, כֶּבֶשׂ *agnus*, quæ juxta regulam habent Chirek; ut, כִּבְשָׂה *agna*, &c.

At יֶלֶד *puer*, promiscuè suscipit Chirek, vel Patach: ut, in Regimin. יַלְדֵי & יִלְדֵי *nati*.

Sequentia verò primogenium Segol assumunt: ut, à יֵשַׁע fit יֶשְׁעֲךָ *salus tua*. Et sic, גֶּלֶל *stercus*, לֶכֶת *ire*, נֶכֶד *nepos*, נֶגֶד *coram*.

3. *Scheva ex Tzere allevatum, elevatur in Segol:* ut, à גֹּדֶל fit גָּדְלְךָ *magnificare te*. A עֵזֶר fit

fit עוֹזֶרְכֶם *adjuvans vos.* Sic, שִׁחֶתְךָ *perdidit te,* אֲזַמֶּרְךָ *cantabo tibi.*

Excipe 1. Paucula habent Chirek: ut, אוֹיִבְךָ *inimicus tuus,* ex אוֹיֵב Sic, אוֹסִפְךָ *colligens te,* וּמְאַסִּפְכֶם *& colligens vos,* מְקַדִּשְׁכֶם *sanctificans vos,* וּבְפָרִשְׂכֶם *& in expandere vos,* אֲאַמִּצְכֶם *corroborem vos,* אֲרוֹמִמְךָ *exaltabo te.*

2. Ante vel sub gutturalibus est Patach: ut, בּוֹרַאֲךָ *creans te,* גּוֹאַלְכֶם *redimens vos.*

Nota. 1. In forma גְּבֶרֶת non prius sed posterius Scheva elevatur: ut, גְּבִרְתִּי *hera mea,* ex גְּבַרְתִּי Sic, בְּהֶמְתּוֹ *jumentum ejus,* שְׁכֶנְתָּהּ *vicina ejus,* יִבִּתְמוֹ *fratria ejus.*

2. Cum ratio formationis postulat, ut posterius Scheva abjiciatur, (quod fit vel propter literam quiescentem, vel etiam accentum) tunc prius, quod in vocalem sub litera præcedenti transierat, remeat: ut, פְּרוּ *fructificate,* pro פִּרְיוּ ex פְּרֵה Sic, פִּקְדוּ pro פִּקְדוּ ex פְּקוֹד

Regula 88.

Scheva simplex sub Iodh mediano tollitur, cum præcedit ejus vicarium Chirek aut Segol: ut, וַיְהִי *& erit,* pro וַיְּהִי &c.

Et hoc juris etiam præfixum semper sibi vendicat: ut, מִידֵי *è manibus,* pro מִיְדֵי Duo tamen

ana-

analogiam ſervant: ut, מִיְּשֵׁנֵי *è dormientibus*, Dan. 12. 2. מִיְּרֻשָּׁתְךָ *de hæreditate tuâ*, 2 Paralipom. 20. 11.

Nota. Ex hujus regulæ applicatione patet ratio, cur לֵרוֹא (quod eſt Infinitiv. Kal à יָרֵא *timuit*) 2 Sam. 18. 29. deperdat ſuum (י) videlicet, eò quòd Jodh, ſuum Tzere & literæ præcedentis, conflare ſoleat in Chirek magnū: (ita ut ſit לִירוֹא) at Chirek magnum & Tzere ſunt vocales alternantes, proinde ſub ל ſubſtrato Tzere Jodh quieſcens in pronunciatione, excluditur in ſcriptione.

Regula 89.

Scheva compoſitum ſequente ſimplici (expreſſo vel ſubintellecto,) *amittit ſuum Scheva*: ut, אָהָלְךָ *tentorium tuum*, pro ֳ ex אוֹהֶל Sic, פָּעָלְכֶם *opus veſtrum*, ex פֹּעַל Ita, תֶּחֶטְאוּ *peccetis*, pro חֱ Item וַיַּעַשׂ *& fecit*, ex יַעֲשֶׂה Et hoc caſu literæ Begad-cephat, uſitatè ſuum dageſch negligunt: ut, הֶעֱלִתָ *fecisti aſcendere*.

Vel abjicit ſuam vocalem, manente ſigno compoſitionis ſub præcedentè litera, h. e. manente illâ vocali, quâ Scheva compoſitum

præcedentē punctârat : ut, ותחמרה *et bituminavit illam*, Futur. Kal pro תחמר Sic, יחדלו pro יחדלו *desierunt*, &c.

Ratio regulæ est hæc, ne videlicet duo mobilia Schevajim in dictionis medio cōcurrant. Irregulare igitur est Infinitiv. Pihel מחאך *plaudere te*, pro מחאך vel מחאך Ezek. 25. 6.

Regula 90.

Literæ guttural. { mobilis, perpet. } cōposit.
loco (:) simplicis { quiescēt. usitat. } amant.

Hostis literarum gutturalium est Scheva simplex, proindè mobile nunquam recipiunt, rarò quiescens.

Chateph-patach communiter subscribitur omni gutturali tàm in Verbis, quàm in Nominibus : ut, זעקו *clamarant*, זרעך *semen tuū.*

Chateph-Segol locum habet sub prima radicali א per totum Kal : ut, אכול *comede*, &c. item in היה *esto*, & היות *esse*. Excipe אמרתם *dixistis*, אבוד *perdere*, אחוז *prehendere*.

Item : Omnis litera gutturalis prima, in primâ personâ Futur. Kal est cum (ֶ) ut, אעבור *transibo*, אעלה *ascendam*, & sic distinguitur ab Hiphil, ubi est אעלה *faciam ascendere*.

Item : Terminatio Fut. Kal cum (-) vel Cametz, tribuit primæ radicali Chateph-Segol per omnes personas : ut, תחרש *silebit*, יחטא *peccabit*,

peccabit, וַיֶּחֱרַד *& contremuit.* Et hæc imitantur, וַיֶּחְשֹׂף *& detraxit*, יֶהְדּוֹף *expellet.*

Item : Quæ incipiunt à ה ח vel ע, desinunt verò in ה, ea sub ה & ח in Futur. Kal assumunt Chateph-Segol, sub ע, Chateph-patach : ut, יֶהֱמֶה *crepabit*, יֶחֱסֶה *sperabit*, יֶחֱרֶה *excandescet*, נַעֲשֶׂה *faciemus*, &c. Excipe יֶחְתֶּה *accipiet*, תַּחֲנֶה *castra metatus est*, & וַיִּחַר *& concepit*, ex integro תַּהֲרֶה

Item : In Niphal ferè tantum est Chateph-segol, rariùs Chateph-patach : ut, נֶאְשַׁם *reus fuit*, נֶהֱפַךְ *conversum est.*

Item : In Hiphil sub ע & א ferè obtinet Chateph-segol : ut, הֶעֱבִיר *fecisti transire*, nisi quod cum ו conversivo assumitur Chateph-patach : ut, וְהַעֲבַרְתָּ *& facies transire.*

Chateph-cametz subscribitur primæ radicali in Hophal : ut הָעֳמַד *factus est stare.* Itemque in Nominibus formæ אֹהֶל ac Imperativis & Infinitiv. Kal formæ פְּקֹד quæ omnia ex punctorum alteratione & transpositione plenius patebunt.

Regula 91.

Gutturalis compositè schevata, punctuat præcedentem literam (mobiliter schevandam) *simili puncto.*

Sicque

Sicque *Scheva* simplex mobile, ante *Chateph-patach* convertitur in (-), ante *Chateph-segol* in *Segol.* Bis ante *Cametz-chatuph* in *Cametz:* ut, תָּֽעָבְדֵם *coles eos*, pro תַּעֲבְדֵם Exod. 20. 5. & וְנַֽעָבְדֵם *& colemus eos*, Deut. 13. 2. Aliâs, Cametz-chatuph literis ו כ ל ב schevandis præmittit Cametz longum ut, וָאֳנִי (va-oni) *& navis*, בָּעֳנִי *in afflictione*, לָחֳלִי *in morbum.*

Dico, *mobiliter schevandam*, si enim scheva quiescens præcedere debeat, immutatum manet: ut, יֶשְׁעֲךָ *salus tua.* Speciale verò est תְּהַלַּךְ *ambulabit*, pro תְּהַ Exod. 9. 23. Psal. 73. 9. idque (ut *Avenarius* vult) ad innuendam compositionem cum verbo תִּמְלֹךְ q. *regnando ambulabit.*

NOTA. *Chateph, post progratam vocalem ex se, liberè redit in Scheva simplex:* ut, תֶּהְדַּר *honorabis*, pro תֶּהֱ Sic, וַיַּחְפֹּר pro יַחֲ *& fodit*, וְחָיִיתָ pro יֶחֱ *& vives*, Sicq; semper fit in יֶהְגֶּה *meditabitur*, יֶהְגּוּ *meditabuntur*, pro יֶהֱ.

Duo specialia hic occurrunt in Niphal; נֶאֱחֲזוּ *& possessores fient*, נָאווּ *decora sunt*, נָאוֶה *decorum*: quæ Scheva compositum in vocalem longam resolvunt.

Regula 92.

Chateph Patach sub servili litera ה *ante gutturalem producitur in Patach:*

ut, הַחִנָּם pro הֲ *num gratis?* הַחִלֹּם *incipere eorum*, pro הֲ quod est Infinit. Hiph. ex absoluto הָחֵל à חָלַל. Sic, הַחִתּוֹתָ *confregisti*, pro הֲ à חָתַת. Ita, הַעֲדוֹתָה *contestatus es*, à עוּד.

Regula 93.

Quælibet vox finalis aut litera, involvens defectum alicujus literæ, in augmento finali deficientem per dagesch compensat, & vocales longas accentu carentes in breves corripit.

Cametz in Patach: ut, זַךְ *purus*, זַכִּי *puritas mea*, ex זַכַּךְ. Sic, חָם *calidus*, plur. חַמִּים à חָמַם sic, יָם *mare*, plur. יַמִּים.

Tzere in Chirek parvum: ut, שֵׁן *dens*, שִׁנַּיִם *dentes*, ex שֵׁנַן sic, קֵן plur. קִנִּים *nidi*, à קָנַן. Ab אֵם *mater*, אִמִּים *matres*, q. ab אמם.

Cholem & Schurek in Kybbutz vel Cametz-chatuph: ut, עֹז *robur*, עֻזִּי *robur meum*, בְּעָזְּךָ *in robore tuo*, à עָזַז &c.

Patach simpliciter post se accipit dagesch: ut,

Sicque *Scheva* ſimplex mobile, ante *Chateph-patach* convertitur in (-), ante *Chateph-ſegol* in *Segol*. Bis ante *Cametz-chatuph* in *Cametz*: ut, תָּעָבְדֵם *coles eos*, pro תַעֲבְדֵם Exod. 20. 5. & וְנַעַבְדֵם *& colemus eos*, Deut. 13. 2. Aliâs, Cametz-chatuph literis י כ ל ב ſchevandis præmittit Cametz longum: ut, וָאֳנִי (va-oni) *& navis*, בָּעֳנִי *in afflictione*, לָחֳלִי *in morbum*.

Dico, *mobiliter ſchevandam*, ſi enim ſcheva quieſcens præcedere debeat, immutatum manet: ut, יֶשְׁעֲךָ *ſalus tua*. Speciale verò eſt תִּהֲלַךְ *ambulabit*, pro תִּהְ Exod. 9. 23. Pſal. 73. 9. idque (ut *Avenarius* vult) ad innuendam compoſitionem cum verbo תִּמְלֹךְ q. *regnando ambulabit*.

Nota. *Chateph, poſt progratam vocalem ex ſe, liberè redit in Scheva ſimplex*: ut, תֶּהְדַּר *honorabis*, pro תֶּהֱ. Sic, וַיַּחְפּוֹר pro יַחֲ *& fodit*, וְחָיִיתָ pro חֲ *& vives*, Sicq; ſemper fit in יֶהְגֶּה *meditabitur*, יֶהְגּוּ *meditabuntur*, pro יֶהֱ.

Duo ſpecialia hic occurrunt in Niphal: נֶאֶחֱזוּ *& poſſeſſores fient*, נָאווּ *decoræ ſunt*, נָאוֶה *decorum*: quæ Scheva compoſitum in vocalem longam reſolvunt.

Regula

Regula 92.

Chateph Patach sub servili litera ה *ante gutturalem producitur in Patach:*

ut, הַחִנָּם pro הֲ *num gratis?* הַחִלָּם *incipere eorum*, pro הֲ quod est Infinit. Hiph. ex absoluto הָחֵל à חָלַל. Sic, הַחִתֹּתָ *confregisti*, pro הֲ à חָתַת Ita, הַעֵדֹתָה *contestatus es*, à עוּד

Regula 93.

Quælibet vox finalis aut litera, involvens defectum alicujus literæ, in augmento finali deficientem per dagesch compensat, & vocales longas accentu carentes in breves corripit.

Cametz in Patach: ut, זָךְ *purus*, זַכִּי *puritas mea*, ex זַכַּךְ. Sic, חָם *calidus*, plur. חַמִּים à חָמַם sic, יָם *mare*, plur. יַמִּים

Tzere in Chirek parvum: ut, שֵׁן *dens*, שִׁנַּיִם *dentes*, ex שִׁנֵּן sic, קֵן plur. קִנִּים *nidi*, à קִנֵּן. Ab אֵם *mater*, אִמִּים *matres*, q. ab אמם

Cholem & Schurek in Kybbutz vel Cametz-chatuph: ut, עוֹז *robur*, עֻזִּי *robur meum*, בְּעָזְּךָ *in robore tuo*, à עָזַז &c.

Patach simpliciter post se accipit dagesch:

 ut,

ut, עַם *populus*, עַמִּים *populi*, à עָמַם &c.

Sed in his sex resolvitur in Chirek : ut, סַף *limen*, סִפִּים *limina*, סִפִּי *limen meum*, ex ספף Sic, פַּת *boccella*, צַד *latus*, מַס *tributum*, גַּת *torcular*, מַד *mensura*, vel *vestis*.

Huc referenda sunt, בַּת *filia*, בִּתִּי *filia mea*, à בָּנָה *ædificavit*, אֱמֶת *veritas*, אֲמִתּוֹ *veritas ejus*, ex אָמַן *credidit*, אַף *ira*, אַפִּי *ira mea*, ex אָנַף *irasci*, חִטָּה *triticum*, ex חָנַט Item, שְׁתַּיִם pro שְׁנְתַּיִם *duo*, ex שָׁנָה *mutavit*. At בָּתִּים *domus*, est pro בַּנְתִּים habetque dagesch post longam non accentuatam, ut differat à nomine mensuræ בַּתִּים

Nota. Dagesch est triplex : 1. *Characteristicum* quod certam vocis formam indicat. Estque medium vel initiale. *Medium* est in Conjugat. dageschatis, itemque Nominibus inde derivatis. *Initiale* est vel Relativum post שׁ vel הַ, vel Conversivum post וַ, vel Emphaticum post הַ in litera radicali, vel denique Interrogativum post הַ in litera servili. 2. *Compensativum* literæ deficientis, estque vorax literarum : & adhibetur, dum litera aliqua schevata, geminata, aut alia quædam secundum regulas artis, sequenti literæ per dagesch compendiose inscribi debet. Et non secus, ut apud Latinos, literæ M et N quando geminatæ occurrunt, compendiosa scriptione per lineolam supra ductam exprimuntur, (ut, *ãnoto cõnoto*,) ita apud Hebræos synæreticâ scriptione literæ geminatæ per dagesch contrahuntur. Deinde, ut apud Latinos ultimæ præpositionum literæ, cum verbis quibuscum componuntur, primis conformari solent, (ut *colligo* ex *con* & *ligo*, *annoto* ex *ad* & *noto*, *assumo* quasi *adsumo*, &c.) ita apud Hebræos literæ י נ & הַ sequenti literæ per dagesch inclusæ, ejus pronunciationi conformantur: ut *Hippakedh* pro *Hinpakedh*, &c. 3 *Euphonicum* est literarum omniũ, & maximè tertię radicalis, quando sub secundâ præcedit (-) vel (:) aut etiam cum vox terminatur in (י)

ut, מַטְעַמִּים *cupedia*, עֲבֹדָה *servitus*, עֲנִיִּים *pauperes*. Ita sine ullâ legitimâ artis causâ aut necessitate adhibetur in his : וָאֲכָרֶהָ *& comparavi eam*, à כָּרָה Futur. Kal cum affixo. יִקְרֵךְ *obveniet tibi*, itidem Futur. Kal à קָרָה Et sic, נָזֹלוּ *diffluunt*, præterit. Plur. Kal, וַיְחַלּוּ *& expectaverunt*, præterit. Pihel. לִיסּוֹד *ad fundendum*, Infin. Kal, &c.

Regula 94.

Consonæ gutturis & ר à dagesch abhorrent, sed ejus defectum in præcedenti litera analogâ vocali longâ compensant.

Patach per *Cametz* : ut, הָאָב *pater*, pro הַ

Chirek pro *Tzere* : ut, בֵּרֵךְ pro בִּר *benedixit*.

Cametz-chatuph & *Kybbutz* per *Cholem* vel *Schurek* : ut, מְבוֹרָךְ pro בָּ *benedictum*, מוּעֶרֶת pro מֻ *luxatus*.

Plerunque etiam sine compensatione vocalem brevem relinquunt : ut, נִאֵץ *irritavit*, & maximè *Patach* ante ה vel ח, aut *Schurek* ante ח : ut, הַהֹרֶג *illa cades*, הַחֶרֶב *gladius*, רֻחַץ *ablutus est*.

9. *Nota*. Observatum est à Massora, Dagesch in א & ר aliquando fuisse in usu. Et quidem in א quater ; in ר septies, quæ loca cum te in lectione sacri textus exercueris, reperies.

Regula 95.

Dagesch non rarò ex literâ schevatâ tollitur; maximè (י) *Futuri*, *&* (מ) *Participii, nec non ultimâ mobili, vocali destitutâ:* ut, וַיְכַל pro וַיְכַלֶּה Sic שִׁפְרָה pro שִׁפְּ

Manet dagesch in literâ schevatâ, 1. *Si sit compensativum in secundâ radicali Begad-cephat, ob primam abjectam:* ut, וַיִּגְּשׁוּ *& accesserunt*, וַיִּפְּלוּ *& ceciderunt*, &c. At ejicitur in וַיִּשְׂאוּ *& tulerunt*, וַיִּסְעוּ *& profecti sunt*, (quæ sunt ex deficientibus primâ נ) quoniam secunda radicalis non est ex Begad cephat, ut observavit *Pagnin.* ad radicem נָסַע 2. *Si sequatur literas Mosche-Ve caleb:* ut, וַתְּהִי *& eris*, הַכְּמוֹת *num sicut mors*, &c. 3. *Si litera schevata ante factam allevationem, dageschata fuerit:* ut, ex פִּקֵּר fit פִּקְּדָה Sed verba geminata aliquando hîc variant: ut, ex הַלֵּל fit plur. הַלְלוּ *laudate*, יְקַלְלוּ pro יְקַלְּלוּ *maledicent*, &c.

Regula 96.

Dagesch compensativum accelerandæ pronunciationis causâ ex non gutturalibus aut

aut non scbevatis ejectum, corripit praecedentem vocalem systaticam in Scheva.

Quinquies in Præterit. Niph. ut, וְנָסַבָּה pro סַבָּ *& reducetur*, וְנָבְקָה *& evacuabitur*, וְנָקֹטָה *& tædio affecta est*, וְנָבְלָה *& confusa fuit*, וְנִחַתָּה pro חַת *& confractus est*. Sæpiùs in Futuro, idque ne duo dagesch simul concurrant: ut, וַיִּתַּמּוּ pro יִתַּמּוּ *& consummati sunt*, יִדְּמוּ *conticescent*, וְנִדְּמָה *& silebimus*, וַיִּקְּדוּ *et inclinati sunt*, &c. In Hiphil, וַיַּכְּתוּ pro יַכְּתוּ *et contriverunt*. In Hophal, וְהֻמַּכּוּ pro הוּמַכּוּ *et attenuantur*. Et sic in Infinitiv. Pihel, לְחֶנְנָהּ pro לְחַנְנָהּ, *ad faciendum gratiam ei*, cum *Segol* pro *Patach*, Psal. 102. 14.

Regula 97.

Euphoniæ ergo, Dagesch & ejus vocalis brevis, non rarò in longam resolvitur.

Futur. Kal יֵשֵׁל pro יִשַּׁל *decutiet*, à נָשַׁל. Sic, תֵּצֵא *volabit*, à נָצָה. Niphal, וְאֵקַל *& levis habeor*, à קָלַל. Cujusmodi etiam sunt יֵמַר *amarescet*, אֵיתָם *integer ero*. Sic, יִמָּלוּ *abscindentur*, יִמַּקּוּ *mucidi fient*, יִתַּמּוּ *consumentur*, לְהָדֵק *ad comminuendum*. Pihel, תֵּהֵל *illusit*, quod semper & per omnia tempora scribitur absq; dagesch, excepto וַיְהַתֵּל 1 Reg. 18. 27. Pyhal,

hal, הוזנה pro הזנה *amotus est.* Hiphil, ויזר & *coxit,* ונבל *et decidimus,* וישר *et serrâ dissecuit,* quæ tria veniunt ex incipientibus primâ נ.

Regula 98.

Diæresis, sive vocalis longæ in brevem & Dagesch resolutio, frequenter adhibetur in Verbis secundam radicalem contrahentibus, paucisque aliis Nominibus.

Et hic resolvitur 1. *Cametz* in *Patach,* & Dagesch: ut in Hiphil, ילליזו pro ילי *recedere facient,* ויסב *et circumivit,* וילינו *et murmurare fecerunt,* מלינים *murmurantes,* ad differentiam מלינים *facientes pernoctare.* Aut etiam resolvitur in primogenium *Segol*: ut, in Kal תאפגרח *et contrivit,* אקוב *maledicam.*

2. Chireck longum resolvitur in Patach & Dagesch: ut, הסתה *seducebat eam,* pro סי à סות

3. Schurek in Kybbutz vel Cametz-chatuph: ut, הוקם pro הו *constitutum est,* הסב *aversum est,* (à סוב) השמה *desolari ejus,* pro הה

Et sic etiam in quibusdam Nominibus: ut, קטנה (à קטן) *parva,* אגמים *stagna,* אופנים *rotæ,* גמלים *cameli,* שפנים *mures montani.* In affixione, כזמנם *secundum tempus eorum,*

לשדי

לְשַׁדִּי *humidum radicale meum*, קַוָּם *delineatio eorum*, מַנְּךָ *manna tuum*, מְדֻשָׁתִי *trituratio mea*, &c.

Regula 99.

Crescente numero syllabarum, mutatur quantitas punctorum; idque si Accentus sede suâ dimoveatur.

Puncti vocalis in diversæ quantitatis vocalem permutatio, dicitur *Allevatio*, quæ est correptio vocalis συςατικῆς in ἀσύςατον. Corripiuntur autem vocales incremento finali accedente, simulq; accentu ex sede suâ descendente. Incrementum verò est duplex: *Patens*, quod conspicitur in vocum motione, declinatione, affixione & paragoge. *Latens* in Regimine. Hic Canon generaliter comprehendit illa, quæ omni incremento sunt communia, quæ autem huic vel isti statui sunt particularia, sequentibus Capitibus declarabitur.

1. *Cametz penultimum in omni incremento & Regimine, corripitur in Scheva.* Excipe,

1. Si intercedat *Scheva* mobile: ut, פְּקֻדָּה ex פָּקַד

2. Si implicitè vel explicitè includat literam quiescentem aut dagesch: ut, רָאשֵׁי *capita*, קְמָתִי (ex קָם) *seges mea*, זָבַת (in regimin. ex זוּב) *fluens lacte*. Sic, פָּרָשִׁים *equites*, חָרָשִׁים *artifices*, סָרִיסִים *eunuchi*, & alia pleraq; formæ עָרִין Cametz immutabile retinent, quoniam includunt dagesch.

Duo

Duo tamen ex quiescentibus secundâ, זָדוֹן (ex זוד) *superbia*, & שָׂשׂוֹן (ex שׂושׂ) *gaudium*, cum affixis & in Regimin. regulæ parent, quod etiam יָמִים *dies*, in Regimin. & cum affixis constructis imitatur.

3. Si fuerit sub penultima dageschata: ut, הִפָּקֶדְכֶם Sic, בַּקָּשָׁתִי *petitio mea*: & dagesch excluso: ut פָּרָשָׁה *expositio*, נָאָצוֹתֶיךָ *irritationes tuæ*.

Quædam tamen hujus generis *Cametz* mutant, manentque in exceptione dageschatorū: ut, דַּכָּאִים *contriti*, à דַּכָּא Talia sunt חַטָּאָה *peccatum*, מַפָּל *decidivum*, מַסָּע *profectio*.

Insuper, quædam *Cametz* corripiunt, & dagesch excutiunt: ut in Regimin. צַוְּארֵי *colla*, ex צַוָּאר Ita שִׁבְּרוֹן *confractio*, זִכְרוֹן *memoria*, תִּמְהוֹן *stupor*, ex שִׁבָּרוֹן &c.

4. Si fuerit sub מ Heemanthico in Nominibus ex defectivis secundâ ortis: ut, מָגֵן *clypeus*, מָגִנֵּי מְגִנֶּיהָ מָגִנִּים Sic, מָסָךְ *aulæum*, מָעוֹז *robur*.

5. Si post *Cametz* sequatur terminatio fœminina ית. ות vel ות ut in גָּזִית *sectio*, גָּלוּת *deportatio*, חָמוֹת *socrus*, &c.

6. Si sit sub vel ante ל medianū, aut etiam נ: ut: וּבְאָלָתוֹ *& cum adjuratione ejus*, (ab אָלָה) דָּלִיּוֹתָיו *propagines ejus*, תְּעָלוֹתֶיהָ *canales ejus*, בְּלָטֵיהֶם *incantationibus suis*, שָׁלִישִׁים *tribuni*, (quod

quod tamen differentiæ causâ sic scribitur, ut differat à שְׁלִישִׁים *tertiani*, sicut שְׁבוּעִים *septimana*, à שְׁבוּעִים *juramenta*) Et sic, קָרְבְּנֵיהֶם *oblationes suas*, חַמָּנֵיכֶם *subdiales statuas vestras*, מְנוּתֶיהָ *partes suas*.

Excipiuntur hîc, in quibus literam ל præcedit vel sequitur (י) ut, יְלָלָה *ejulatus*, in affix. יְלָלָתָהּ in Regimin. יִלְלַת Ita, כִּלָּיוֹן à כִּלְיוֹן *consummatio*, & כִּלְיוֹת à כִּלְיוֹת *renes*, &c. Excipe item in affixione, חָלָב *lac*.

7. Cametz ante terminationem mascul. הֶ in declinatione & affixione manet immutatum; sed in Regimine & cum affixis gravibus corripitur in Scheva: ut, קָצֶה *extremitas*, plur. קְצָוִים in affix. קְצוֹתָיו in Regim. קְצוֹת. Et sic, פָּנִים *facies*, פָּנֶיךָ פְּנֵי &c.

8. Si præcesserit Scheva primitivum, (h. e. ex ipsa forma vocis, non autem ex allevatione factum,) Cametz in omni incremento & Regimine constanter manet: ut, גְּדָיִים *hædi*, גְּדָיֵי Sic, כְּנָוֹתָיו *societates ejus*. Ita, לְחָיַיִם *maxillæ*, חֲטָאִים *peccata*, קְעָרוֹת *scutellæ*, מְקָרָאִים *contentiones*, צֶאֱצָאִים (à יָצָא) *propagines*, מוֹצָאִים (quasi à מוֹצָא) *exitus*, & מוֹרָשִׁים *possessiones*, &c.

Cætera quæ sub istis octo enumeratis conditionibus non continentur, pauca sunt, & proinde Lectori usu observanda.

II. *Tzere penultimæ vel ultimæ syllabæ ob augmentum finale migrat in Scheva.*

Excipe. 1. Si includat dageſch aut literam quieſcentem : ut, בֵּרַכְתֶּם *benedixiſtis*, הֵיכָלִי *templum meum*, עֵדֶיךָ (à עֵד) *teſtes tui*, מֵרֵעִים (à רֵעֶה) *amici*.

2. Si fuerit ſub penultima dageſchata : ut, מַצֵּבוֹתָם *ſtatuæ eorum*, עֲטַלֵּפִים *veſpertiliones*, מַגֵּפָה *plaga*, &c.

3. Si fuerit ante vel ſub ל ut, אֵלִים *quercus*. Excipe חֵלֶב unde חֲלָבִים *adipes*, חֶלְבָּם *adipem eorum*.

4. Si fuerit poſt *Cametz* vel *Scheva* mobile : ut à זָקֵן plur. זְקֵנִים *ſenes*, זְקֵנֶיךָ *ſeniores tui*. Ita, à זְאֵב plur. זְאֵבִים *lupi*, &c. At חָצֵר interdum variat : ut, חֲצֵרוֹת & חַצְרוֹת *atria*.

5. In participiis formæ פּוֹקֵד Tzere indifferenter quandoque manet : ut, בּוֹגֵדָה *perfidè agens*, שֹׁמֵמִים *deſolati*, &c.

6. Monoſyllaba ubique Tzere invariatum retinent, exceptis tribus בֵּן *filius*, שֵׁם *nomen*, יֵשׁ *eſt, ſunt*, quæ cum affixis regulæ parent : ut, יֶשְׁךָ שְׁמִי בְּנִי.

III. *Cholem penultimum formæ* קֹדֶשׁ *in motione, duali numero, & affixione tranſit in Cametz-chatuph, in declinatione maſculinorum in Cametz longum* : ut, חֹזֶק *robur*, fœminin. חָזְקָה affix. חָזְקִי Sic à צֹהַר fit צָהֳרַיִם *meridies*, à קֹמֶץ plural. קְמָצִים *pugilli*. Sic, שְׁלָשְׁתָּם (à שְׁלֹשֶׁת) *tres illi*.


Cholem ultimum accessu literæ servilis qualis cunque accentum amittens (in Verbis semper, in Nominibus autem cum affixis constructis) alleviatur in Scheva; quod si aliud Scheva sequatur, elevatur in Cametz-chatuph: ut, אשמרה ab אשמור *custodiam*, יכלתם (ex יכול) *potuimus*, למשחך *ad ungendum te*. Excipe עמדך *stare te*, quod propter Metheg est cum Cametz longo, Obad. vers. 11.

IV. *Segol (vel Patach vicarium) penultimæ aut ultimæ syllaba in incremento syllabico quovis, corripitur in Scheva: At ultima syllaba in declinatione transit in Cametz*: ut, מלכה מלך *rex*, מלכה *regina*, בגדי (ex בגד) *vestis mea*, מותה (cum ה paragogic.) à מות *mors*, נערים (à נער) *pueri*. צלעים *costæ*, קשתות *arcus*. Et sic etiam quædam fœminina in motione assumunt Cametz: ut, ברכה à ברך *benedictio*, סערה à סער *turbo*.

V. *Chirek parvum in Nominibus formæ* בית *in flexione, affixione & Regimine sub litera* ' *abjicitur, & quies literæ* ' *per Tzere infertur*: ut, ביתי *domus mea*, (à בית) Ita, זית *olea*, in Regimine & זיתים *oleæ*, in plural. Excipe שית quod cum affixo facit שיתו *vepretum ejus*.

At cum ה paragogico & locali, litera Jodh per suum Scheva movetur: ut, ליל & לילה *nox*, ביתה *in domum*, quod quinquies facit ביתה

 Caput



Caput Octavum

De Affixorum Subiunctione.

Affixa suffiguntur vocibus { Declinabilibus. / Indeclinabilibus.

Regula 100.

Ob evitandum concursum vocalium, vox in י vel ו servile desinens, nudum assumit affixum: in consonam exeuntia, punctis indigent.

Affixorum Exempla & Significationes.

I. *Cum Nomine masculino.*

Sing.		Plur.	
Verbum.	דבר	*Verba.*	דברים
meum.	דברי	*mea.*	דברי
nostrum.	דברנו	*nostra.*	דברינו
tuum. m.	דברך	*tua.* m.	דבריך
tuum. f.	דברך	*tua.* f.	דבריך
vestrum. m.	דברכם	*vestra.* m.	דבריכם
vestrum. f.	דברכן	*vestrum.* f.	דבריכן

דברו

ejus. m.	דְּבָרוֹ	*illius.* m.	דְּבָרָיו
illorum.	דְּבָרָם	*illorum.*	דִּבְרֵיהֶם
ejus. f.	דְּבָרָהּ	*illius.* f.	דְּבָרֶיהָ
illarum.	דְּבָרָן	*illarum.*	דִּבְרֵיהֶן

II. *Cum Nomine Fœminino.*

Sing.			Plur.
justitia.	צְדָקָה	*justitiæ.*	צְדָקוֹת
mea.	צִדְקָתִי	*meæ.*	צִדְקוֹתַי
nostra.	צִדְקָתֵנוּ	*nostræ.*	צִדְקוֹתֵינוּ
tua. m.	צִדְקָתְךָ	*tuæ.* m.	צִדְקוֹתֶיךָ
tua. f.	צִדְקָתֵךְ	*tuæ.* f.	צִדְקוֹתַיִךְ
vestra. m.	צִדְקַתְכֶם	*vestræ.* m.	צִדְקוֹתֵיכֶם
vestra. f.	צִדְקַתְכֶן	*vestræ.* f.	צִדְקוֹתֵיכֶן
illius. m.	צִדְקָתוֹ	*illius.* m.	צִדְקוֹתָיו צִדְקוֹתֵימוֹ צִדְקוֹתֵיהוּ
illorum.	צִדְקָתָם	*illorum.*	צִדְקוֹתָם צִדְקוֹתֵיהֶם
illius. f.	צִדְקָתָהּ	*illius.* f.	צִדְקוֹתֶיהָ
illarum.	צִדְקָתָן	*illarum.*	צִדְקוֹתָן צִדְקוֹתֵיהֶן

III. *Cum illis Verbis, quorum Affixio à Nominibus est diversa.*

PRÆTERITUM.

Masc.	*In tertiâ pers. singul.*	*Fœm.*
פְּקָדַנִי	*Visitavit me.*	פְּקָדַתְנִי
		פְּקָדָהוּ

פְּקָדָהוּ } פְּקָדוֹ	*illum*	פְּקַדְתָּהוּ } פְּקַדְתּוֹ
פְּקָדָמוֹ	*illos*	פְּקַדְתָּם
פְּקָדָהּ	*illam*	פְּקַדְתָּהּ

In fœminino genere affixum הוּ & הּ usitatè vertunt suum ת in תּ, cui præcedens ת natum ex terminatione fœmininâ, per dagesch includunt: ut, גְּמָלַתּוּ *ablactavit eum*, שְׁפָטַתּוּ *contuebatur eum*. Sic, אֲחָזַתָּה *tenuit eam*, & חִלְּקַתָּה *divulsit eam*, ubi ה supprimitur, & ne dagesch extremitatem obtineat, à tergo ה paragogicum additur.

Masc.	*In secundâ pers. sing.*	*Fœm.*
פְּקַדְתַּנִי	*Visitasti me*	פְּקַדְתִּינִי
פְּקַדְתּוֹ	*illum*	פְּקַדְתִּיו

In masculino, (ִ) sub litera formativa ת à vocali affixi extruditur. In fœminino, (ִ) sub ת personali elevatur in (ִי) sicque solo sensu à primâ personâ distinguitur. Interdum tamen hoc (ִי) venit defectivè absque (י) ut, רִמִּיתִנִי *decipisti me*. Aut etiam (ְ) loco (ִי) ut, הוֹרַדְתִּנוּ *demisisti nos*. Specialiter, duo sunt ex mascul. הִשְׁבַּעְתָּנוּ *adjurasti nos*, Jos. 2. 17. & יְלִדְתָּנִי *peperisti me*, Jer. 2. 27.

In secundâ plurali utriusque generis personâ, תֶּם & תֶּן *convertuntur in* תּוּ: ut, פְּקַדְתּוּנִי *visitastis*

sitastis me, פְּקַדְתּוּם *eos*. Sic, צַמְתֻּנִי *jejunastis mihi*, הֶעֱלִיתָנוּ *ascendere fecisti nos*.

IMPERAT. & INFINIT.

In formâ פְּקוֹד *Cholem corripitur in* (ֳ) *chatuph, & transfertur ad primam radicalem, scheva verò ad secundam:* ut, חָנְנֵנִי *miserere mei*, &c. Sin autem secunda radicalis fuerit gutturalis, ponitur sub illâ (ֳ) ut, בָּחֳרֵי *elige me*, מָאֳסָם *spernere eos*. Et hujus generis est שָׁאטֵךְ pro שָׁאטְךָ *depopulari tuum*.

Excipe: 1. Duo retinent Cholem: ut, בּוֹשַׁסְכֶם *conculcare vos*, Am. 5. 11. & בְּמֹצַאֲכֶם *in inveniendo vos*, Gen. 32. 19.

2. Duo propter Metheg leguntur cum (ָ) longo: ut, מִיָּרְדִי *à descendere me*, Psal. 30. 4. רָדְפִי *persequi me*, Psal. 38. 21.

In forma פְּקַד *Patach mutatur in Cametz*: ut, שָׁמְעֵנִי *audi me*, *&c.*

FVTVRVM.

Cholem ultima syllaba ante כֶן כֶם ךָ *& in formâ Pobel corripitur in* (ָ) *chatuph*: ut, יִפְגָּשְׁךָ *occurret tibi*, יִפְקָדְכֶם *visitabit vos*. Sic, תֹּאכְלֵהוּ *consumet eũ*, הַיְחָבְרְךָ *an consociabitur tibi*, יְשָׁדְּדֵם *vastabit eos*, וַיְחָלְקֵם *& divisit eos*. Cæterum ante reliqua affixa mutatur in Scheva.

Syllaba

Syllaba afformativa נָה *mutatur in* ־ן: ut, תְּחַשְׁבוּנִי *reputabunt me,* תּוֹכִיחֻךְ *redarguent te.*

Diagraphe Affixorum.

In quâ monstrantur puncta, quibus mediantibus *regulariter* vocibus adhæreant.

Affixa primæ personæ

י *meus, a, um,* suffigitur { Nominibus { Singularibus per (ִ) / Plur. (excluso י multitudinis) per (ַ) } / Infinitivo per (ִ) }

נִי *ego, mei, mihi, me,* adhæret { Præterit. { Masculin. per (ַ) / Fœminin. per (ִ) } / Reliquis temporibus per (ֵ) }

נוּ *nos, nobis, noster, a, um,* copulat. { Præterit. { Masculin. per (ָ) / Fœminin. per (ִ) } / Reliquis temp. ut & nomin. per (ֵ) }

Nota. 1. נִי sæpè numero accipit נ epentheticum schevatum: ut, יִקְרָאֻנְנִי *invocabunt me,* יְכַבְּדֻנְנִי *bonorabunt me*: quod rursus aliquando in dagesch convertitur: ut, תְּבַעֲתֻנִּי *terrebis me,* יִסְּרַנִּי *castigavit me,* דָּנַנִּי *judicavit me.*

2. Frequens fit enallage (1.) ־ֵנִי pro ־ַנִי ut, תִּרְאֵנִי *diliget me,* יַבְדִּילֵנִי *discernet me,* יֶאֱהָבֵנִי *videbit me,* וַיּוֹשִׁיבֵנִי *& collocabit me,* cum (י) redundante, 1 Reg. 2. 24.

(2.) ־ֶנִי pro ־ֵנִי ut, יְרִיעֶנִי *contestetur mecum.* Sic, הִנְנִי *ecce me,* עוֹדֶנִי *adhuc me.*

(3.) נוּ, pro נוּ, ut, מוֹדַעְתָּנוּ *cognatio nostra*, à מוֹדַעַת quod est à יָדַע

Affixa secundæ personæ

- ךָ *tuus, a, um, tibi, te*, annectitur
  - Nominibus
    - Singularibus per (:)
    - Pluralibus per (‥)
  - Verbis per (:)
- ךְ *idē*, sermone ad fœminam, suffigitur
  - Nominibus
    - Singular. per (.)
    - Pluralib. per (ִ‥)
  - Verbis per (.)
- כֶם כֶן *vos, vobis, vester, a, um*, copulantur
  - Nominibus constructis
    - Singul. per (:)
    - Pluralib. per (‥)
  - Verbis per (:)

Nota. In Futuris Verborum ךָ reperitur etiam cum נ epenthetico schevato: ut, אֶתְּקֶנְךָּ *evellam te*, Jer. 22. 24. (cum dagesch leni in ךָ post *Scheva* mutum) quod rursus exclusum, compensatur per dagesch forte: ut, אַרְאֶךָּ *ostendam tibi*, Gen. 10. 1. תִּשְׁמְרֶךָּ *custodiet te*, אוֹדֶךָּ *confitebor tibi*.

- ו *ille, illius, illi, illum*, jungitur
  - Nominibus
    - Singularib. per Cholem.
    - Pluralibus per (ָ)
  - Verbis more singularium.
- הוּ *eum*, annectitur
  - Nominib. in ה cum (‥) finitis per (.)
  - Verbis
    - Præterit.
      - Mascul. per (ָ)
      - Fœminin. per (ַ)
    - Reliquis temporib. per (‥)

Affixa tertiæ personæ

- ה *illa, illius, illi, am,* copulãtur
  - per (·)
    - præcedẽs inserto Mappik, { Nom. sing. / Verbis.
    - substratũ absq; Mappik, personis Verb. י. & ו finientib.
  - per (·) substrato (·)
    - Nominibus { Pluralibus. / Sing. in ה fin.
    - Futuris Verborum.
- נָּה *idem,* affigitur tantùm Futuris.
- ם *illorum, illis, illos,* ן *illarum, illis, illas,* adhærent
  - Nominibus per (·)
  - Verbis accentu manente in { Penultimâ, per (·) / Ultimâ, per (·) solis Futuris per (·)
- מוֹ pro ם jungitur
  - Futuris per (·)
  - Nominibus { Singularibus per (·) / Pluralibus per (·)
- הֶם & הֶן *idem,* jungitur solis Nomin. constructis, { Singularibus per (·) / Pluralibus per (·)

Irregulare igitur est אַפְאֵיהֶם *angulabo eos,* Deut. 32. 26. pro אַפְאֵם à פאה mutatâ tertiâ ה in י

Nota. 1. Ante affixum ו in Verbis præcedit aliquando נ ut, יֶשְׁנוֹ *est ipse,* וְקָבְנוֹ *& execrare illum,* (quod est Imperat. Kal à קָבַב ejecto dagesch compensativo ex ב propter adscitum *Scheva* mutum.)

2. In-

2. Interdum pro ו adſciſcitur ה præcedente Cholem: ut, עֶזְרוֹה *auxilium ejus*, קַבּוֹה *maledic ei*.

3. הוּ jungitur tantùm Verbis, non autem Nominibus, niſi in ה.. finientibus: ut, שֵׂיהוּ (à שֶׂה) *pecus ejus*, aut etiam vocalem: ut, פִּיהוּ *os ejus*. Sin autem aliis Nominibus copuletur, id fit per enallagen pro וֹ.

4. הוּ frequenter in Futuris habet formam נְהוּ.. ut, יְבָרְכֶנְהוּ *benedicet ei*, יְסוֹבְבֶנְהוּ *circumduxit eum*. Sed frequentiùs contrahitur in נּוּ. ut, תִּקֳּבֶנּוּ *execraberis eum*, יִקֳּבֶנּוּ *expreſſerit illud*, quorum utrumque eſt Fut. Kal à נָקַב.

5. In affixo fœmin. tertiæ perſonæ ה Mappik, (juxta obſervationem Maſſoræ magnæ in ordine literæ ה) deficit in 18 dictionibus: ut, מִבְטַחָה *fiducia ejus*, שְׁמָרָה *cuſtodivit illum*, &c.

6. Occurrit etiam hic enallage affixi ם.. pro ם.. ut, יַלְבִּשֵׁם *induet eos*, אֲמִילָם *ſuccindam eos*, &c. E contrà, ם.. pro ם.. ut, יִרְדֵּם *dominabitur eis*, &c. Item, ןָ.. pro ן.. ut, יְחִיתַן *terrefaciet eas*, in Hiph. pro יְחִתֵּן resoluto dageſch in vocalem longam, à חָתַת. Semel etiã eſt ם pro ן ut, גֵּרְשׁוּם *expulerunt eas*, Exod. 2. 17.

Observatio de Affixa Poëtico מוֹ

Hoc affixum vulgò dicitur *Poëticum*, eò quòd in libris Poëticis, usus ejus sit frequentissimus, poniturque pro plurali ם, rarius pro singul. ו ut, עָלֵימוֹ pro עָלָיו *super eum*, Job. 22.2. & 27.23. *Et procubuit* לָמוֹ *ei*, Jes. 4. 15. Item, Jes. 53.8. *A defectione populi mei*, נֶגַע לָמוֹ *plaga ei*, (non autem ut Judæi volunt, *propter defectionem plaga est* לָמוֹ *eis*, scil: Judæis :) quod simul etiam tenendum est contra quosdã Christianos, accusantes Judæos depravationis textus, quasi pro לוֹ inseruerint לָמוֹ.

Mutatio Vocis Ob Affixa.

Ea partim fit in Literis, partim in Vocalibus.

1. In Literis quæ vel { adjiciuntur, numero 1. abjiciuntur, numero 2. mutantur, numero 3. }

1. *Nomina pluralia fœminina semper, quandoq; & Infinitivi Quiescentium tertiâ* ה, *ante affixa* (exceptis י ם & ן) *ad terminationem* ות *assumunt* י ut, תּוֹרוֹתָיו *leges ejus*, בִּבְנוֹתֶיךָ *in ædificando te*, בְּהִזָּרוֹתֵיכֶם *cum dispersi fueritis*.

Item. *Tria nomina*, אָב *pater*, אָח *frater*, חָם *socer, in singulari numero ante omnia affixa* (*excepto* י) *adsciscunt* י *quiescens in Chirek, retinentque Cametz immutatum cum affixis levibus*: ut, אָבִי

אָבִי *pater meus*, אָבִיךָ *tuus*, אָחִיו *frater ejus*, חָמִיהָ *socer ejus*. At cum affixis gravibus mutant *Cametz* in *Scheva* compositum : ut, אֲבִיהֶם *pater eorum*, &c.

2. ה *radicale dictionem finiens, ante affixa unà cum puncto præcedenti abjicitur* : ut à מַעֲשֶׂה *opus*, fit מַעֲשִׂי *opus meum*, &c.

Idem fit י augmentali in Futuro ante affixum נּוּ ut, תְּזָרֶנּוּ *conseres eum*, ex formâ absolutâ תְּזָרֵעִי Jes. 17 10.

Item, ם *nota multitudinis ante affixa abjicitur, quiescente* י *in ipsius affixi vocali* : ut, יָדֶיךָ (à יָדַיִם) *manus tua*.

Plerunque etiam fit ellipsis literæ י : ut, דְּרָכֶךָ (pro ־ֶיךָ) *via tua*, גִּבּוֹרָיו *fortes ejus*, נְסִיכֵמוֹ *uncti eorum*.

3. ה *afformativum generis, aut paragogicum, tàm in Nominibus, quàm in Verbis, ante affixa mutatur in* ת ut à תְּפִלָּה fit תְּפִלָּתִי *oratio mea*. Sic, אֲכָלָתַם *comedit eos*. Ita וּבְקָרְבָתָם *& in appropinquare eos*, ab Infinitivo paragog. קָרְבָה

At in his nominibus פִּשְׁתִּי *linum meum*, תְּבוּנָם *intelligentia eorum*, צוּרָם *effigies eorum*, פֶּחָם *præfectus eorum*, פִּנָּה *angulum ipsius*, hoc ת syncopatur : pro פִּשְׁתָּתִי פִּנָּתָהּ &c.

2. In Vocalibus quæ { mutantur { allevatione, numero 1. elevatione, numero 2. } transponuntur, numero 3. }

1. *Cametz primæ syllabæ* (si verba quiescentia tertiâ ה in tertiis personis Kal excipias: ut, עֲשׂוּנִי עֲשֶׂךָ) *allevatur in Scheva: Ultima, in nominibus ante* כֶם *&* כֶן *in Verbis, ante illa affixa quæ Scheva ante se exigunt, transit in Patach:* ut, אֲהֵבַתְהוּ *dilexit eum*, ex אָהֵבָה

Item: *Chirek ante* י *in formâ* פְּרִי *corripitur in Scheva:* ut, פִּרְיךָ *fructum suum*, חֶצְיוֹ *medium ejus.* At ante הֶם & הֶן manet: ut, פִּרְיָהֶם פִּרְיָהֶן

2. *Patach terminale, in tempore finito elevatur in Cametz*: ut, בְּחָנֵנִי *proba me*, יִגְאָלֻהוּ *vindicabunt eum*; at ante affixa gravia manet. Item in unico וּבְצַעַם *& divide eos*, pro בְּצָעֵם Am. 9. 1

Item: *Scheva reducitur in punctum ex quo prius natum fuerat*: ut à נָשָׂא *tulit*, fit Imperat. שָׂא & plural. שְׂאוּ in affix. שָׂאוּנִי *tollite me*, &c.

3. *In formâ* פִּקְדָה *&* פִּקְדוּ puncta priora transponuntur: ut, גְּמַלְתּוֹ *ablactavit eum*, עֲזָבוּנִי *dereliquerunt me.*

Regula 101.

Particulæ separabiles assumunt affixa instar vocum declinabilium.

Parti-

Particulæ quæ assumunt affixa, sunt numero 30. Ex his, 1. Tria adverbia, אֵין *non*, הִנֵּה *per ecce*, עוֹד *adhuc*, pro affixo masc. tertiæ personæ, assumunt נּוּ ֶ ut, הִנֶּנּוּ *ecce illum*, עוֹדֶנּוּ *adhuc ille*.

2. Sex præpositiones אַחַר *post*, אֶל *ad*, בֵּין *inter*, עַד *usque*, עַל *super*, תַּחַת *sub*, pluralium formam constructam imitantur: ut, אַחֲרָיו *post eum*, &c. Et sic etiam in Regimine aliquando veniunt: ut, אַחֲרֵי עֲדֵי עֲלֵי &c.

3. אֵת *cum*, mutat *Tzere* in *Chirek*, & ת dageschat: ut, אִתִּי *mecum*. Ante affixum נוּ est cum *Cametz*: ut, אִתָּנוּ *nobiscum*, & sic etiam עִם ut, עִמָּנוּ *nobiscum*.

4. בִּלְתִּי (à בְּלִי interpositâ per epenthesin literâ ת) *præter*, cum affixis amittit י: ut, בִּלְתּוֹ *præter ipsum*, בִּלְתְּךָ *præter te*, &c. Cætera usus magister docebit.

Caput Nonum

De Regimine.

Status Regiminis fit sequente
- Nomine substantivo, ubi priùs mutatur in
  - Consonis
    - abjectione
    - permutatione
    - Reg. 102.
  - Punctis syllabæ
    - penultimæ
    - ultimæ
    - Regula 103.
- Verbo infinito, pronom. אשר &c, Regula 104.

Regula

Regula 102.

ם *nota Dualis vel Pluralis numeri in Regimine abjicitur, quiescente* י *in Tzere*: ut, דַּלְתֵי בִטְנִי *fores uteri mei*, ex דְּלָתַיִם

A regula excipitur mascul. שְׁנַיִם *duo*, & fœminin. שְׁתַּיִם *duæ*, quæ in compositione cum mascul. עָשָׂר & fœminin. עֶשְׂרֵה *decem*, ferè semper retinent ם quiescente tamen י in *Tzere*: שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה & שְׁנֵים עָשָׂר *duo-decem*.

Nota. Dictum est Reg. 99. p. 167. Regimen esse *Incrementum Latens*. Nam constructio Genitivi est pars nominis cum quo construitur, atque tunc quasi una eademque vox continuo spiritu efferri debet cum priori substantivo. Hinc, prior vox Regia, consequens, Serva dicitur. Atque ut vox Regia in suam servitutem possit rapere sequentem, commodioris conjunctionis causâ, formâ suâ tum literali tum punctuali corrumpitur.

ה *generis afformativum, in cognatam literam* ת *mutatur*: ut, מַגְמַּת פְּנֵיהֶם *haustus faciei eorum*, à מַגְמָּה (quod *Buxtorf*. deducit à גָּמָא *Aven*. à גָּמַם)

Regula 103.

Cametz in penultima mutatur in Scheva: *ut*, אַחְיוֹת ex אֲחָיוֹת *sorores*.

Vlti-

Vltimæ syllabæ in utroque genere mutatur in Patach : ut, זְהַב *ex* זָהָב *aurum*, קְמַת *à* קָמָה *seges*. *Excipe*,

1. In duobus הֶבֶל *vanitas*, & חָלָב *lac*, transit in Tzere: ut, הֲבֵל הֲבָלִים *vanitas vanitatum*, חֲלֵב עִזִּים *lac caprarum*.

2. In tribus, אָב *pater*, אָח *frater*, חָם *socer*, mutatur in (-.) assumpto in fine Jodh paragogico : ut, חֲמִי אֲחִי אֲבִי Bis est אָב Genes. 17.4,5.

3. Manet immutatum sequente א, (quoniam א non potest quiescere in Patach) ut, צְבָא מִלְחָמָה *exercitus belli*. Item in terminatione fœminin. ת ut, מְנָת *portio*, וְלִמְקְצָת & *in fine*. Et sic etiam מַתַּן אָדָם *donum hominis*.

4. Cametz penultimæ vel ultimæ syllabæ immutatum manet præcedente Scheva vocis primitivo, hoc est ex ipsa forma, non autem ex allevatione nato : ut, בִּכְתָב אֱמֶת *in scriptura veritatis*, שְׁאָר רוּחַ *residuum spiritus*. Sic, לְחָיֵי גְדָיֵי עִזִּים *hœdos caprarum* à גְּדִי *hœdus*, עַמִּים *maxilla populorum*, à לְחִי *maxilla*.

2. *Tzere penultimæ syllabæ sequente Cametz allevatur in Scheva : ut,* בְּהֶמַת הָאָרֶץ *bestia terræ*, ex בְּהֵמָה Sic חֶשְׁכַת à חֲשֵׁכָה *caligo*. Excipe צֵאָה *excrementum*, זֵעָה *sudor*.

Vltimæ syllabæ præcedente Cametz (non sequente א) *mutatur in Patach*: ut, זָקֵן ex זָקֵן *senex*. Quam formam etiam sequentia imitantur, מַעֲשֵׂר *decima*, מַהֲלָךְ *iter*, מִזְבֵּחַ *altare*, מִסְפֵּד *planctus*, מַרְבֵּץ *cubile*, קֵן *nidus*, in quibus etsi non præcedat Cametz, mutant tamen Tzere in Patach.

Duo excipiuntur: חָמֵשׁ & מָגֵן ut, חֲמֵשׁ מֵאוֹת *quinque centum*, מָגֵן שָׁאוּל *scutum Saulis*.

3. *Segol finale sequente* ה *elevatur in Tzere*: ut, מִקְנֵה צֹאן *possessio pecoris*, מַלְוֵה יְהוָה *mutuans domino*.

Regula 104.

Solet etiam Substantivum habere formam Regiminis, sequente Verbo Infinito, aut Pronomine אֲשֶׁר *etiam subintellecto, nec non Adverbio, aut particula inseparabili* שׁבכלם ut, בִּימֵי שְׁפוֹט *in diebus judicare*, i. e judicii, דְּמֵי חִנָּם *sanguis immeritò*, i. e. innocentiæ, בִּמְקוֹם אֲשֶׁר *in loco quo*, קִרְיַת חָנָה *urbs* (in quâ) *metatus est*, מְקוֹם שֶׁהַנְּחָלִים *locum quo flumina*, יוֹשְׁבֵי בָאָרֶץ *habitatores in terrâ*, קִנְצֵי לְמִלִּין *fines sermonibus*, גְּמוּלֵי מֵחָלָב *depulsi à lacte*.

Nota.

Nota. Occurrit etiam enallage status constructi pro absoluto: ut, דְּבָרִים נִחֻמִים *verba consolationum*, מַיִם בִּרְכַּיִם *aquæ genuum*. Et contra: ut, מֵי הַמָּרִים *aquæ amaræ*, pro מַיִם. גִּילַת וְרִנָּה *exultatione & cantu*, &c. Sed talia sunt usu observanda.

Bis occurrit unica vox, complectens in se utrumque statum. Jer. 28. 1. בַּשָּׁנַת הָרְבִעִית *in anno quarto*, quod secundum punctationem est in statu absoluto בַּשָּׁנָה At secundum literas est in Regimine בִּשְׁנַת Et sic etiam Jer. 32. 1.

OBSERVATIO AD CAPUT utrumque, Affixionis videlicet & Regiminis.

Quædam Nomina, mutant formam Etymologicam, in Syntacticam. Nam, 1. Finita הָ *quorum penultima est Cametz vel Tzere cum* מ *vel* ת *Heemantico ab initio, in Regimine terminantur in* ַת *sub qua etiam forma, Affixa adsumunt: ut,* מִשְׁפָּחָה *familia*, מִשְׁפַּחַת מִשְׁפַּחְתִּי. מִלְחָמָה *bellum*, מִלְחֶמֶת מִלְחַמְתּוֹ. מַצֵּבָה *statua*, מַצֶּבֶת מַצַּבְתָּהּ. Sic, מַפֵּלָה *cadivum*, מַפֶּלֶת מַפַּלְתּוֹ. תִּפְאָרָה *decus*, תִּפְאֶרֶת תִּפְאַרְתּוֹ.


Hanc formam imitatur בְּהֵמָה *bestia*, בְּהֶמֶת בְּהֶמְתּוֹ

בְּחֵמֶת אִשָּׁה *uxor*, אֵשֶׁת אִשְׁתּוֹ Sic, אַרְבָּעָה *quatuor*, שְׁלֹשָׁה *tres*, שְׁלֹשֶׁת

2. פֶּה *os, in constructione & cum aliis affixis facit* פִּי : ut, פִּיךָ *os tuum* פִּיהֶם *os eorum.* Rursus hoc ' ab affixo ' extruditur: ut פִּי pro פִּיִּי *os meū.* Sicq; à Regimine solo sensu distinguitur.

3. שֶׂה *cum affixis assumit formam* שֵׂיֶה ut, שֵׂיוֹ *pecus ejus,* שֵׂיֵהוּ *pecus suum.*

4. מַיִם *aqua*, sæpè in Regimine facit מֵימֵי sub quâ formâ semper assumit affixa: ut, מֵימֵיהֶם *aquæ eorum*, &c.



Caput Decimum

De Literarum Servilium adjectione, & Radicalium detractione.

Literæ	Serviles redundant per	Prothesin, Regula 105.
		Epenthesin, Regula 106.
		Paragogen, Regula 107.
	Radicales deficiunt per	Aphæresin, Regula 108.
		Syncopen, Regula 109.
		Apocopen, Regula 110.

Regula 105.

Literæ א *&* ל *à principio dictionis per Prothesin redundant,*

Bb 2 In

In unicâ dictione א ut, אָרוּשׁ *triturare.* In duabus ל ut, לְאוּם (ab אמם) *natio,* לְבַר (à בָּדָד) *seorsim.*

Regula 106.

Literæ א ה י *&* נ *in dictionis medio vocibus per Epenthesin inseruntur.*

א in his שְׂמֹאל *sinistra,* וְאַשְׂמְאִילָה *& ad sinistram declinabo,* מְשַׂמְאִלִים *sinistrantes,* אֲמַאסְאֵךְ *spernam te,* שֹׁאסַיִךְ *diripientes te,* à שָׁסָה *depredatus est,* לֻלָאוֹת *loramenta,* à לוּל

ה ter ante affixa: ut, כֻּלָּהֶם *universi ipsi,* לְכֻלָּהֵנָה *omnibus ipsis,* בְּתוֹכָהֵנָה *in medio earum,* quibus duobus etiam paragoge literæ ה accidit.

י semel in לִדְרְיוֹשׁ *ad inquirendum,* Esr. 10. 16. quod est Infinit. compositus ex Kal & Pihel, inserto י allusione ad Regem דָּרְיָוֶשׁ

נ sæpissimè intervenire solet inter dictionem & affixum נִי ךָ הוּ ךְ & הָ ut, יְשַׁבְּחוּנְךָ *laudabunt te,* יְמַצְאֻנְנִי *invenient me,* יַעַבְרֶנְהוּ *transibit illum,* Jer. 5. 22, יִמְצָאוּנְהָ *invenient eam,* יְשָׁרְתוּנֶךָ *ministrabunt tibi.* Et plerumq; epenthesis נ schevati à dagesch devoratur: ut, אֵיכָּה *ubi tu,* pro אֵיךְ &c.

Regula 107.

Sex literæ memoriæ causa אהוינת Ehevinoth *dictæ, in fine dictionis per paragogen redundant.*

1. א in tertia persona præteriti pluralis quater: ut, אָבוּא *voluerunt*, הָֽהָלְכוּא *qui ambulaverunt*, נָשׂוּא *elevaverunt*, יִנָּשׂוּא *elevabuntur*, quod ad imitationem Arabum videtur factum, apud quos *Vau servile ne terminet dictionem, adsciscit Elif otiosum.* Erpen. rud. Arab. lib. 1. Append. 3. Et sic etiam in וְאַתִּיקְיָהָא (à נָתַק) *& perislylia ejus.*

2. *In Præteritis & Imperativis secunda persona masculina, in Futuris utriusque numeri prima, nec non tempus Infinitum & Participium, frequenter assumunt* ה *paragogicum præcedente Cametz*: ut, נָתַתָּה *dedisti*, מַהֲרָה *festina*, אֶשְׁכְּבָה *cubabo*, צַדְּקָה *justificare*, בֹּעֲרָה *ardens.*

Nominibus Loci additum, dicitur Locale, *significans* in, ad, versus, *facitque voces penacutas*: ut, הָרָה *in montem*, יָמָּה *ad mare*, צָפוֹנָה *versus aquilonem*, נֶגְבָּה *versus meridiem*, קֵדְמָה *ad anteriorem plagam.* Sed si geminum Scheva præcesserit, Accentum habet in ultima: ut, מִזְרָחָה *in orientem.*

Specia-

Specialiter autem hoc הּ in quibusdam præponitur : ut, הַשַּׁעְרָה *in portam*, הַמִּדְבָּרָה *in desertum.*

In Pronominibus secunda persona masculina, & tertia pluralis, earumque affixa, sæpè sunt cum ה *paragogico* : ut, לְכָה, הֵנָּה, הֵמָּה, אַתָּה pro לְךָ *tibi*, מַלְאָכֵכֵה *nuntiorum tuorum*, pro מַלְאָכֵךְ cum *Tzere* pro *Cametz.*

3. *Vau paragogicum in Cholem quiescens, apponi solet Regimini* : ut, חַיְתוֹ־אֶרֶץ *bestia terræ*, מִדּוֹ בַד *vestis linea*, לְמַעְיְנוֹ מָיִם *in fontem aquarum*, בְּנוֹ פְעוֹר *filii Pehoris.*

4. *Iodh otiosum in fine quiescens, addi solet Infinitivis, Participiis, ac Nominibus, interdum etiam particulis*: ut, לְהוֹשִׁיבִי *ad collocandum*, גְּנֻבְתִי *surreptum*, אוֹסְרִי *ligans*, אוֹהֲבְתִי ex אוֹהֶבֶת *amans*, רַבָּתִי עָם *multa populo*, זוּלָתִי כָּלֵב *præter Caleb.*

5. *Terminationes verborum* י. *&* ו *assumunt* ן *paragogicum, quod ferè secum trahit accentum, & secundæ radicali quandoque substernit vocalem longam* : ut, יְקוּמוּן ex יָקוּמוּ תִּדְבָּקוּן *adhærebis*, תֶּאֱהָבוּן *diligetis.*

6. ת *paragogicum additur tribus perfectis Infinitivis* : ut, יְבֹשֶׁת *exsiccari*, יְכֹלֶת *posse*, שְׂנֹאֶת *odisse.*

Nota.

1. Literæ paragogicæ, consonas & puncta ad

ad inſtar Affixorum mutant. Unde ה afformativum generis in ת vertitur: ut, מְלֵאַתִי *plena*, ex מְלֵאָה.

In forma פְּקוֹד puncta transponuntur: ut, לְמָשְׁחָה *ad ungendum*, לְרָחֳקָה *ad elongandum*. Speciale eſt וְזָעֳמָה *deteſtare*, Num. 23.11. ubi vocalis ſecunda tranſit ad primam, manetque immutata.

Regula 108.

Literæ Radicales א י נ *&* כ *per Aphæreſin ab initio dictionis aliquando deficiunt.*

א in duabus vocibus: חַד *unus*, נָשִׁים *mulieres*, ex אֲנָשִׁים.

י bis in præterit. Kal, רַד *declinavit*, צָקוּן *effuderunt*.

At in 18 Nominibus: ut, דֵּעַ *ſcientia*, צֵא *excrementum*, צוֹא *ſordidus*, בוּל *proventus*, דֵּעָה *ſcientia*, זֵעָה *ſudor*, חֵמָה *excandeſcentia*, לֵדָה *partus*, עֵדָה *cœtus*, עֵצָה *conſilium*, צֵאָה *egreſſus*, שֵׁנָה *ſomnus*, שִׁיבָה *ſeſſio*, צוֹאָה *excrementum*, צוּרָה *forma*, דַּעַת *ſcientia*, נַחַת *depoſitum*, שַׁחַת *fovea*.

נ itidem in 6 Nominibus: ut, בוּל *October*, גָּר *fluxus*, סוּעָה *profectio*, שִׂיא *elatio*, item *nubes*,

nubes, שְׁאֵרת *excellentia,* שִׂ״ג *insectatio.* Semel est סוּתוֹה *operimentum suum,* Gen. 49. 11. pro כְּסוּתוֹ

Regula 109.

In certis & paucis vocibus, literæ Radicales per Syncopen è medio detrahuntur: ut, אַחַת pro אֲחֶדֶת *una.* מְשָׁרֵת pro מְשָׁרֶתֶת *ministrans.* בְּלַבַּת *in flamma,* pro בְּלַהֶבֶת. שַׁרְשׁוֹת *catena,* pro שַׁרְשְׁרוֹת וּמְדִיבוֹת *& cruciantes,* pro מָרָאִי Levit. 26. 16. בַּדִּים à בָּרָא *mendaces.* תַּנִּים pro תַּנִּינִים *ceti.*

Regula 110.

Literæ radicales א *&* ד *in fine dictionis apocopantur.*

Bis א ut, דַּךְ *attritus,* pro דַּכָּא Psal. 74. 21. כֵּס *solium,* pro כִּסֵּא Ezek. 17. 16. Semel ד ut, אַח *unum,* Jerem. 18. 10. pro אֶחָד



Caput Undecimum

De Accentibus.

- Accentus
  - Tonicus, Reg. 111.
    - Proprius cujus
      - Sedes
        - Nativa, Reg. 112
        - Accidentaria ob trajectionem ex { ultimâ ad penult. / penult. ad ultimam, } R. 113.
      - Divisio ratione
        - officii in
          - Reges, Reg. 114. } quorũ imper. } R. 116
          - Principes, R. 115 } quorũ imper. } R. 116
          - Ministros, Regula 117.
        - Situs in { Præpositivos, / Postpositivos, } Regula 118.
    - Vicarius, Regula 119.
  - Euphonicus { Metheg, / Maccaph, } Regula 120.

Regula 111.

Accentus Tonicus in ultimâ gestatus, vocatur Milra; in penultimâ, Milhel.

Accentus tonici ὠδικὰ τοῦ τείνειν *à* Tendendo, *metaphora à fidibus desumpta, dicti sunt: ii variis notis in textu Biblico describuntur, sed in quotidiano usu solâ perpendiculari virgulâ subtus syllabam accinendam figurantur. Hebrais dicuntur* טעם *i. e.* gustus, *nam syllabas acuendo, reddunt lectionem suaviorem, & distinguendo, sapidiorem. Propriè tantum cadunt in ultimam aut penultimam syllabam: & is qui in ultimâ est Chaldaicè dicitur* מלרע infra, *h, e. in ultimâ syllabâ*

labâ. Qui in penultimâ vocatur מִלְעֵיל supra, *h. e. in superiori vel penultimâ syllabâ. In antepenultima regulariter non situatur, unde etiam peculiare nomen non habet inditum. Omnes ex æquo sunt acuti, nulli graves vel circumflexi. Syllaba autem quæ habet accentum ita acuitur, ut quasi suspensa teneatur, & diutius quam reliquæ, audiatur.*

Regula 112.

De sede Accentus Nativâ sunt hi Canones:

I. Crescente numero syllabarum accentus descendit ad ultimam: ut, דָּבָר pl. דְּבָרִים

Excipe. 1. Terminationes verbales תָּ תְּ תִּי נוּ נָה quæ semper accentum relinquunt in penultima. 2. Septem affixa נִי נוּ הוּ הָ נוּ נָה מוֹ, constituunt Milhel, itemque affixum ם in tertiâ pers. fœmininâ præteriti.

3. ה parag. itemque locale nominibus vel particulis indeclinabilibus junctum, constituit itidem Milhel.

II. Omnes voces quæ desinunt in syllabam ex duabus consonis mobilibus & vocali longâ mixtam, sunt Milra: ut, אַבְרָהָם Αβραάμ. Et hic Canon est Catholicus, unico בָּתִּים *ædes* excepto.

III. Si duæ postremæ syllabæ sint inæ-

 qualis

qualis quantitatis, voces sunt paroxytonæ: ut, מְתוּשֶׁלַח *μαθουσάλα.*

Excipe. 1. ה radicale, aut etiam formativum fœminini generis: ut, הָיָה *fuit*, גְּדוֹלָה *magna.*

2. Segol in Verbis post Chirek, itemque in Nominibus quadriliteris: ut, דִּבֶּר *locutus est*, בַּרְזֶל *ferrum.*

3. Quiescentia tertiâ ה, in tertiâ pers. plur. sunt Milra: ut, בָּנוּ *ædificârunt*, גָּלוּ *revelârunt*, idque ad differentiam quiescentium secundâ, quæ in hac personâ sunt Milhel: ut, בָּנוּ *intellexerunt*, גָּלוּ *exultârunt.*

IV. Si duæ postremæ syllabæ sint inæquales, accentus adhæret longiori: ut, אֲחִיתֹפֶל *Ἀχιτόφελ.*

Excipe. 1. Tertia pers. præteriti, accentuat ultimam: ut, פָּקַד.

2. Deficientia secundâ, accentuant penultimam dageschatam: ut, סַבּוּ סַבֹּתִי.

3. ה.. radicale manet Milra: ut חוֹזֶה מֹשֶׁה *videns.*

4. Affixum ךָ interveniente נ parag. constituit Milhel: ut, יִשָּׂאֻנְךָ *tollent te.*

5. Segol præcedente Cametz facit Milra: ut, הַבֶּל.

Regula

Regula 113.

De sede Accentus accidentariâ.

I *Ob vicinitatem alterius accentus, aut etiam* ו *conversivum Futuri, ex Milra fit Milhel, ac tum vocales longæ* Cholem & Tzere *in ultimâ allevantur in oppositas breves.*

Trajectio accentus tonici ex ultimâ ad penultimam fit duplicem ob causam, 1. Ob duorum accentuum immediatum concursum. *Nam accentus primæ syllabæ dictionis præcedentis, accentum postremæ syllabæ dictionis sequentis trajicit ad penultimam: ne videlicet ex conflictu duorum accentuum dura evadat pronunciatio.*

ut, יְחָ֫רֶף צָר *opprobrio affecit hostis,* הָ֫רֶם לָךְ *tolle tibi,* מָ֫צָא חֵן *invenit gratiam.*

[Confusionis tamen evitandæ causâ (juxta *Erpen.*) non trajicitur accentus 1. In *Benoni Kal*, ne confundatur cum nomine formæ קֹ֫דֶשׁ ut, יֹצֵ֫ר עָ֫יִן *formans oculum.* 2. *In præterito Kal formæ* יָבֵ֫שׁ ne confundatur cum formâ מָ֫וֶת ut, חָצֵ֫ר בּוֹ *excidit in eâ.* 3. In præterito plurali verborum quiescentium ultimâ ה, ne confundantur cum quiescentibus mediâ: ut, עָנּוּ בִי *oppresserunt me.*]

2. Ob ו conversivum Futuri, & particulam אַל ut וַיָּקָם *& exurget.* וַיָּסָב *& circuivit,* וַיֵּחָם *& calefiet.* וַיִּלָּחֶם *& pugnabit,* אַל־תִּלָּחֶם *ne pugnes.*

Ut autem dictio Milra fiat Milhel, has requirit conditiones : 1. Ut accentus retrahens non sit majoris distinctionis, maximè Sylluk, Athnach, *vel* Zakeph katon. 2. *Ut penultima sit longa.*

II. Vav conversivum Præteriti, ex Milhel facit Milra : ut וְשָׁמַעְתָּ *& audies,* וְרַבָּה *& multa eris,* &c.

Excipe, 1. Primam personam pluralem: ut, וְיָשַׁבְנוּ *& sedebimus.* 2. Verba quiescentia tertiâ ה vel א ut, וְעָשִׂיתָ *& facies.* וְקָרָאתָ *& vocabis.*

Regula 114.

Accentus REGES, *occupant stationes præcipuas & distinguunt maximè, unde etiam* Pausæ & Distinctivi, *vel* Chronici *accentus dicuntur.* Suntque Sex.

1. *Sylluk* (i. e. *finis*) ֽ constituit periodum, ac in ultimâ vel penultimâ syllabâ ante duo crassiora puncta (׃) *Soph-pasuk* dicta, collocatur. Sicque differt à *Tiphcha, Merca,* & *Metheg.*

2. *Athnach* (respiratio) ֑ collocatur in medietate

dietate plerorumque versuum, & constituit Colon.

3. *Rebia* בּ constituit Comma, estq; punctum in *medietate* literæ *incubans*, per quod differt à Cholem.

4. *Segolta* (monile) ב֒ 5. *Sakeph-gadbol*, (erector magnus) ב֕ 6. *Sakeph-katon* (erector parvus) ב֔ sunt ejusdem potestatis, & plerumque faciunt Semi-colon.

Nota. *Interdum etiam planè nihil distinguunt, ut Athnach, Exod.* 37. 20. *Ps.* 10. 18. *&* 36. 8. *&c.*

Regula 115.

Accentus PRINCIPES (*vulgò* Reges minores) *tenent loca secundaria, & distinguunt minutius, sæpè tamen nihil prorsus faciunt ad sensum. Suntque*

1. *Paschta* (extensor) ב֙ pingitur supra dictionis ultimam literam lineâ ad partem sinistram inclinatâ. Situ differt à *Kadma*.

2. *Zarka* (sparsor) ב֮ accentus supra literam q. sparsus, vel circumfluxus.

3. *Tebbir*, (fractor) ב֛ inflexâ ad sinistram lineâ cum puncto in gremio notatur.

4. *Geresch* (expulsor) ב֜ est quasi baculus

adi-

adigens, notaturque ſupra penultimam dictionis ſyllabam, lineâ ad dextram inclinatâ.

5. *Gereſchajim* (duo expulſores) ֞

6. *Teliſcha gedhola* (evulſor magnus) ֠ notatur circulari figurâ cum lineolâ dextram verſus dependente.

7. *Karne-para* (cornua vaccæ) quorum ſimilitudinem imitatur ֟

8. *Paſer* (diſperſor) ֡ notatur rectâ lineâ ſuſtinente curvam, & non reperitur niſi in libris metricis.

9. *Tipcha* (defatigatio quoniam reſpirationem legentibus concedit,) ֖ notatur in quolibet verſu ſub literâ, lineâ in lævam inclinatâ.

10. *Schalſcheleth* (catena) ֓ notatur tribus nodis ſupra literam.

11. *Iethibh* (reverſum ſcil. cornu) ֚ ante omnia puncta dictionis infernè locatur. Caretque miniſtro.

Regula 116.

Accentus MINISTRI, *Regibus & Principibus in continuandâ oratione ſubſerviunt, eoſque in lectione præcurrunt, ad ſyllabas promptè efferendum, uſque ad eum*

locum

locum ubi Rex vel Princeps sedet, qui distinguit. Suntque 8.

1. *Manach* (depositum scil. cornu) ב֣ Estque omnium officiocissimus. In libris Poëticis etiam supra voces collocatur, ut Prov. 25. 12. Job. 34. 17. Psal. 19. 14. &c.

2. *Mahpach* (inversum scil. cornu) ב֤ notatur sub literâ in calce vel medio dictionis virgulâ curvâ, habente cornua in dextram reflexa. Situ differt à *Iethibh.*

3. *Merca* vel *Maarich* (productor) ב֥ figura inclinat ad *Sylluk* & *Tipcha.*

4. Cum duplicatur, vocatur *Merca cephula* ב֦

5. *Darga* (gradus) ב֧ infra literam repræsentat similitudinem tubæ reflexæ.

6. *Kadma* (antecedens scil. finem dictionis cujus medium vel principium occupat) ב֨ convenit figurâ cum *Paschta.*

7. *Telischa ketanna* (evulsor minor) ב֩ eandem habet figuram ut *Telischa magna*, sed oppositè inclinatam.

8. *Iareach-ben-jomo* (luna filia diei suæ, i. e. primum nata) ב֪ Est inversum *Athnach.*

Notæ. 1. *Ministri etiam aliquando habent vim distinguendi, idq; maximè* 1. *In Genealogiis,* 2. *Sequente copula* ו *ut* 1 *Sam.* 15. 9. *ubi est Kadma & Mah-*

Mahpach. 3. *In membro asyndeto, ut* 1 *Sam.* 15.6. *ubi est Telischa ketanna & Kadma, Cant.* 5.7. 1 *Reg.* 1. 6. *&c.*

2. Elias Levita *& alii Grammatici plures alios Accentus recensent, qui tamen non sunt diversi ab illis jam supra numeratis, sed situ differentes. Nam* Hillui עִלּוּי *(i.e. elatum) est Munach finale ante Athnach, Sarka vel Sakeph katon.* Mazze מַזֶּה *&* Azela *(ambulator) est Kadma in unâ eademque dictione ante Zakeph-katon.* Meajela מָאיְלָא *(arietis cornu) dicitur nunc Tiphcha ante Athnach, nunc Merca ante Tiphcha.* Mecarbel *(i. e. vox cribans) est Munach initiale ante Zakeph-katon.*

Regula 117.

Præpositivi accentus, primæ vocis literæ adhærentes sunt Telischa gedhola & Ietbibh. Sæpè etiam in libris אֱמֶ֖ת Tiphcha: ut Psal. 1. 5. הָֽרְשָׁעִים in cujus locum aliquando succedit Munach: ut, נֽוֹסְדוּ Ps. 2. 2.

Postpositivi, ultimam syllabam afficientes, sunt Segolta, Paschta, Sarka & Telischa minor: ut הַנַּ֩עַר *puer*, &c. At quando Sarka in una eademque dictione habet suum ministrum, ponitur in penultima: ut, קוּמָה Psal. 3. 8.

Cano-

Canones.

1. *Postpositivi in voce Milhel geminantur, & prior tanum, posterior sedem suam propriam indicat.* Paschta geminatur semper, reliqui ut plurimum : ut, מַגֶּ֫שֶׁת הַמַּ֫יִם Irregulare igitur est תּוֹסִ֫יפִי Jes. 43. 1. 5. (Milhel cū unico Paschta.)

Interdum etiam Paschta geminatur in voce Milra, quæ vel in Patach genubha, vel duplex Scheva desinit : ut, וַיֵּשְׁתְּ֫ רוּחַ֫

Postpositivi accentus sequentem, Præpositivi, præcedentem syllabam, legibus grammaticis accinendam acuunt.

Regula 118.

Accentus distinctivi, imperium in puncta exercent. Nam

1. *Patach ultimæ vel penultimæ syllabæ, Segol penultimæ, in vocibus sex punctorum usitatissime mutant in Cametz* : ut צָדֶק פָּקָד

2. *Scheva mobile in terminationibus verborum* הוּ׳ *ad suam originem reducunt :* h. e. in illam vocalem quam initialis persona in uno quoque tempore habuit, quæ si fuerit Patach producitur in Cametz : ut, פָּקָדִי

3. *Item. Scheva ante affixum* ךָ *& in formâ* פְּרִי

פְּרִי *vertunt in Segol. In formâ* רְפִי *in Cholem: ut,* עֳנִי לֳחִי יְדֵה

4. *In his particulis* אִתְּךָ עִמְּךָ לְךָ בְּךָ *Scheva & Cametz transponuntur.* Fitque in pausa אִתָּךְ עִמָּךְ בָּךְ לָךְ

Nota. *Non solùm Reges, verùm etiam Ministri sæpiusculè obtinent vim pausarum, in productione syllabarum, & maximè in libris Poëticis.*

Regula 119.

Accentus tonicus vicarius est, qui vices Metheg subit. Talis est

1. *Kadma* ante Sakeph-katon vel Gereſch, ut Gen. 43. 7. Lev. 7. 8. Num. 26. 45. &c. 2. *Merca* ante Tiphcha: ut, Exod. 2. 12. & 32. 13. &c. 3. *Munach* ante Athnach, Rebhia, & Sakeph-katon: ut, Gen. 22. 7. & 45. 5. &c. 4. In libris אמת Tiphcha ante Munach: ut, Prov. 3. 17. &c.

Canon.

Diversorum in eadem voce accentuum, prior notat euphoniam, posterior tonum.

Excipe hic Verba Decalogi, & Gen. 35. 22. ubi accentus ratione, distinctiones in versu duplicantur.

Regula

Regula 120.

Metheg (ךָ) *syllabæ priori frænum injicit, ne nimis præceps ad accentum tonicum ruat.*

Pingitur linea perpendiculari infra literam, differtque à Sylluk usu; nam Metheg omnibus, Sylluk ultimæ tantùm voci versus addi potest. Scheva initiali præpositum vocatur symbolo numerali *Gaja* גַּעְיָא eò quòd 84. vicibus in plerisque sectionibus legis occurrat. Duabus vocibus interpositum (׀) appellatur *Pesika* (i.e. terminans) servitq; musicæ; quod stipatum utrinque servo Munach, dicitur *Legarme*.

Officium ejus est, 1. *Fulcit vocalem quamcunque tertio loco ante accentum tonicum positam:* ut, וַתֵּרָאֶה *& conspiciatur*, &c. 2. *Firmat vocalem longam ante Scheva mobile:* ut, פָּקְדָה & hinc fit, quod Cametz ante Scheva simplex absque Metheg breve est. 3. *Ponitur immediatè ante omne Scheva compositum, nisi præcesserit quiescens:* ut, וַאֲנִי & ego. נֶאֱמָן fidelis. הָעֳמַד constitutus fuit. 4. *Compensat defectū literæ vel dagesch:* ut, יְשֵׁנֵי (à יָשֵׁן) dormient. וַיִּקֶשׁ (à קָשָׁה) & durus fuit. Sic וַיְהִי pro וַיְּהִי

& fuit. מֵרָדוּף à descendendo. 5. *Ultima syllaba per Metheg non frænatur, nisi Maccaphata:* ut, גִּבֹּר־צַיִד vir venationis. יְגַבֹּל־אוֹתוֹ terminabit eum.

MACCAPH dictionem quam sequitur accentu tonico privat, & ultimas longas in oppositas breves corripit.

Quemadmodum Græci duas dictiones naturâ divisas tali signo ‿ quod Hyphen *appellant, conjungunt; ita etiam Hebræi per lineam transversam ‾ dictam (à conjungendo)* Maccaph, *lectionis cursum ita urgent, ut duas, tres, quatuorve dictiones, sub uno accentu tonico non aliter ac si unicam vocem proferant. Atque ut venustiori pronunciatione hujusmodi voces cum ultima dictionis accentu coalescant, commodioris conjunctionis causâ puncta longa* Tzere & Cholem *in opposita parva mutat, nisi vox desinat in* אהוי *vel terminetur in* הח *aut etiam per Metheg frænetur. Et quidem.*

Tzere ultimæ syllabæ ante Maccaph in Segol; & Cholem ultimum transit in Cametz-chatuph: ut, כּוֹל אֵל sequente Maccaph scribuntur כָּל־ אֶל־


Excipe. *Tzere* invariatum retinent; semper בֵּן *sic.* נֵר *lucerna.* עֵד *testis.* עֵץ *arbor.* עֵת *tempus.* Indifferenter, לֵךְ *vade.* תֵּן *da.* שֵׁם *nomen.* שֵׁשׁ *sex.* Item, לֵב si jungatur voci Milra: ut, לֵב־דָּוִד *cor Davidis.*

Nota. 1. Maccaph dictiones tam arcto nexu copulat, ut etiam iis Dagesch imponat. *Nam Vox in* הֶ *vel* הָ *desinens, sequenti primæ literæ habili, Dagesch dictum Dachik* (arctator) *imprimit*; ut, גְּשָׁה־נָּא *accede quæso.* חָיֶה־לְּךָ *& hoc tibi.* Ubi etiam vocula מָה ante dageschabilem mutat Cametz in Patach: ut, מַה־בֶּצַע *quid lucri*: ante ח & ע in Segol: ut, מֶה־עָשִׂיתָ *quid fecisti*, &c.

2. Etiam absque Maccaph istiusmodi copulatio fit. Nam *Vox pen-acuta in* הָ הֶ תָּ ךָ *vel* הֶ *finita, primæ literæ dictionis sequentis imponit Dagesch Athemerachik* (veniens è longinquo) *dictum*: ut, יְהַלְלוּךָ סֶּלָה *laudabunt te Selah.* מְשַׁחְתָּ שָּׁם *unxisti illic.* יָלְדָה בַּת *peperit filiam*, יָמָּה סּוּף *mare suph.* עָשָׂה לְּךָ *fecit tibi*, &c.

Atque sic etiam quàm brevissimè fieri potuit actum est de Accentibus, de iis plura alii, sed curiosa, proinde si jam hactenus dicta non sufficiant, Lectorem remitto ad librum (*quem edidit* Rob. Steph.) *de iis conscriptũ à R.* Jehuda ben Bilham. *Item*, Ilahacum Gronbeccium, *typis* Raphelengianis, *nec non Prosodiam* Johannis Vallensis.

APPEN-



APPENDIX.

1. *De* Aramæiſmo, *hoc eſt Chaldaiſmo & Syriaciſmo.*

Regula.

1. *Verba vel Nomina* ה *generis afformativum ad majorem auxeſin geminantia, imitantur Aramæorum formam fœmininam Emphaticam* תָּא *ut,* תָּבוֹאתָה *veniat*, h.e. abundanter & cito veniat, Futur. Kal cum ה parag. pro תָּבוֹאָה Deut. 33.16 In præt. Niph. נִפְלְאַתָה *valdè admirabilis fuit*, 2 Sam. 1.26. In Nominib. יְשׁוּעָתָה (pro יְשׁוּעָה) *omnimoda ſalus*, עֶזְרָתָה *pleniſſimū auxilium*, עֵיפָתָה *omnimoda obſcuritas*, &c.

2. *Terminatio præteriti in tertiâ perſ. fœmin. ſingulari apud Aramæos fit per* ת. ad cujus imitationem אָזְלַת *abiit*, שָׁבַת (pro שָׁבָה) *revertetur*, Ezek. 46.17. *Sin autem tertia fuerit gutturalis, præcedit duplex Patach.* Et ſic apud Hebr. וְנֹכַחַת *& erudita fuit*, Gen. 20. 16. נִשְׁכַּחַת *oblivioni tradita eſt.*

3. *Ex uſu Infinitivi Chaldaici, unica vox* מִלְבוֹא (ab adire) *bis reperitur cum duplici litera Bachlam*, Amos 6.14. &c. *Et ſemel ex formâ*



mâ Chaldaicâ participii passivi Pehil est plurale נְחִתִּים demissi, 2 Reg. 6. 9. ubi Propheta de Syris loquens, Aramæâ utitur voce.

4. *Aramæi Hebr.* ה *characteristicum conjugationis, mutant in* א *quod etiam Hebræi imitantur in Hiphil* : ut, אַשְׁכִּים *mane surgere*, אַבְרֵךְ *genua flectere.* Ita in *Hithpah.* אֶתְחַבַּר pro הִתְ *consociavit se*, אֶשְׁתּוֹלְלוּ *in prædam dederunt se.* At וְהֶאֱזְנִיחוּ *& retrò abjecerunt*, Jes. 19. 6. refert formam Hebræo-Chaldæam, cum duplici signo conjugationis.

5. *In Hiphil character temporis & conjugationis, sæpè simul apud Chaldæos manent.* Et taliter fit in hisce : יְהוֹשִׁיעַ *servabit*, יְהוֹדֶה *celebrabit*, אֲהוֹדֶנּוּ *celebrabo eum.* Semel in Hoph. מְהֻקְצָעוֹת *angulata*, Ezek. 46. 22. Anomalus autem duo *He* constitutivum Hiphil mutant in *Iodh* : ut, יֵיטִיב pro יְהֵיטִיב *benefaciet*, Job. 24. 21. & יֵידַע *notum faciet*, Ps. 138. 6.

6. *Quædam in Hiphil pro* י. *ex Chaldaismo assumunt Scheva* : ut, וַיַּדְבְּקוּ pro בִּי *& assecuti sunt*, 1 Sam. 31. 2. וַיַּדְרְכוּ *& arcū intenderunt*, Jer. 9. 3. Et sic in Particip. מַהְלְכִים *ambulantes*, מְעֻזְרִים *auxiliantes*, מַחְלְמִים *somniantes.*

7. *Radicale* א *sæpè apud Chaldæos in Kal occultatur in Tzere.* Et sic fit in his : אֵהַב *diligam*, אֵזֵל *abibo*, תֵּזְלִי *digredieris*, תֵּחַד *adunabis*, וַיֵּתֵא *et venit*, (quod est ab אָתָה mutatâ tertiâ ה in א)

Deut. 33. 21. Et hæc etiam imitatur Particip. Hiph. מַשְׁמִיעַ *audiens*, Prov. 17. 4 *In Hiphil mutatur in Cholem.* Et sic in his: אוֹסִפְךָ *tollam te*, אוֹבִידָה *perdam*, וָאוֹצְרָה *& in thesauros constituam.*

8. *Ex quiescentibus tertiâ* ה *unicum* הִמְסִיו *liquefecerunt*, Jos. 14. 8. *more Chaldæorum mutat tertiam* ה *in* ' *&* ו *in plurali movet.*

9. *Plurima nomina mascul. flectuntur in plurali per* ין. *more Chaldæorum*: ut, מִלִּין sermones, יָמִין dies, חִטִּין tritica, מַלְכִין reges, רָצִין cursores, &c. *& quædam habent* ' *formam constructam Syrorum*: ut, גֹּדְבֵי locustæ, הָרֵי montes, חַלּוֹנֵי fenestræ, סוּרֵי apostatæ, שָׂדֵי agri, שָׂרֵי principes.

10. *Dagesch forte in* קִנְצֵי fines, Job. 18. 2. *ex usu Chaldæorum resolvitur in* נ *schevatum* pro קִצֵּי. à קֵץ.

11. *Syrorum* א *scheva præcedaneum semper excludit*; *suamque vocalem literæ præcedenti substernit.* Et hujusmodi exemplorum seges est copiosa apud Hebræos: ut, חַטָּאת חֲטָאת pro חֵטְאַת *peccatum*, כַּאבִּיר pro כְּאַבִּיר *ut potentissimus*, Jes. 10. 13. שָׁאטְךָ pro שְׁאָטְךָ *contemptus tuus*, Ezek. 25. 5. וַאעַנֶּה *& affligam.* *Evenit autem ex usu, ut tale* א *quiescens, excidat*: ut, מַלְּפֵנוּ pro מְאַלְּפֵנוּ *docens nos*, וַתְּאַזְּרֵנִי pro וַתְּאַזְּרֵנִי *et cinges me*, רֵשִׁית רֵאשִׁית *pincipium*, שֵׁרִית שְׁאֵרִית *reliquum*, קָם קָאם *unicornis*, &c.

12. *Syri*

12. *Syri sub* א *pro Scheva assumunt vocalem*
secundam. Taliter fit in his: אֲפוּ pro אֱ *coqui-*
te, Exod. 16. 23. אֲתַיוּ *venite,* Es. 21. 11. תֶּאֶהֱבוּ
pro תֶּאֱ *amabitis,* Pro. 1. 22.

13. *Iodh Syrorum, initio dictionis habens vo-*
calem tertiam, transfert illam in præcedentem li-
teram schevatam. de Dieu lib. 1 cap. 7. Ita in
his: וִילְלַת pro וְיִלְלַת *et ejulatus,* בִּיתְרוֹן *ut u-*
tilitas, בִּיקְרוֹתֶיךָ *in pretiosis tuis,* Psal. 45. 10.
ubi *Gr. Mayer* putat esse erratum in punctis.

14. *Quædam geminantia secundam, more*
Syrorum, alteram mutant in א ut, בּוֹזְאוּ *diripi-*
unt, יִמָּאֲסוּ *liquefient,* שֹׁאסַיִךְ *diripientes te.* Et
sic in Nomine צֶאֱלִים *umbrosa.*

15. *Duo hæc in Hiph.* הַיְצֵא *educ.* Gen. 8.
17. הַיְשַׁר complana, Psal. 5. 9. *redolent Syria-*
cismum, apud quos י *profectum ex* ו *movetur per*
Patach.

16. *Denique ex forma Chaldæo-Syra affixum*
masc. ךְ *ponitur pro Hebræo* ךָ ut, קוֹרָאֵךְ vocat
te, עֲנֵךְ respondit tibi, פֵּאֲרֵךְ decoravit te. *Pro*
fœminina ךְ *ponitur Syrorum* כִי Psal. 103. quin-
quies, Psal. 116. ter, & Psal. 137. 6. semel
תִּזְכְּרֵכִי *recordabitur tui.* Specialiter autem Ps.
116. 9. תַּגְמוּלוֹהִי *beneficia ejus,* habet הִי affi-
xum Syrorum tertiæ personæ, & more Chal-
dæorum י notam plural. numeri, mutat in ו
quiescens.



Appendix II.

De Investigatione thematis.

1. De discrimine Literarum Radicalium & Servilium.

Regulæ.

1. *Ratione substantiæ, Literæ Hebræorum dividuntur in undecim*

Radicales, גד זחט סעפצקר

Serviles, אב הו יכלמנ שת

Radicalium est hoc Symbolū; טָח סֵפֶר גֶּזַע צֶדֶק i.e. *incrustatus est liber, stirps justitiæ.* Servilium est tale *μνημόσυνον*, משֶׁה כָּתַב אֵלֵינוּ i. e. *Moses scripsit ad nos.*

Radicales *ubicunque occurrunt, semper sunt de essentia thematis, nec unquam serviunt, præterquam quod* ט & ד *ponitur aliquando pro characteristico* ת *conjugationis Hithpah. ut dictum pag. 49.* Serviles *verò præter thematis constitutionem etiam ad varia circa ipsum thema ministeria obeunda, adhiberi solent. Suntque* 1. Consignificativæ, *eæque vel Literæ Rei, dictæ* Mosche Ve caleb, *pag. 139. vel Affixa, p. 137.* 2. Formativæ, *eæque vel Heemanthicæ, pag. 117. vel Characteristicæ Conjugationum & temporum, p. 28,*

29.

29, *&c.* 3. Epentheticæ *&* Paragogicæ, *pag.* 189. *&* 190.

2. *Ex* XI. *Servilibus, quædam sunt quæ principaliter ab initio tantùm serviunt, ac in medio & fine plerunque semper sunt Radicales: Quædam in capite & fine interdum ministrant, & in medio semper sunt substantiales. Et denique quædam ubique serviunt.*

3. *Principaliter ab initio tantùm serviunt* אֶלְבַּשׁ (induam.)

א servit
- propriè in
  - Verbis
    - Regulariter in prima perf. singul. per omnia futura.
    - Irregulariter propter mutuum symbolismum literarum, vel etiam ex Chaldaismo, substituitur pro ה p. 4. & 208
  - Nominibus Heemanthicis, p. 118.
- impropr. estq;
  - initiale, Prostheticum, p. 188.
  - medianum, epentheticum, p. 189.
  - finale
    - paragogicum, p. 190.
    - vicarium pro ה afformativi generis; semel in Verbis: ut,

נִגְבְּהָא *extulit se.* In paucis Nominibus: ut, זָרָא *fastidium,* חַגָּא *titubatio,* שֵׁנָא *somnus.*

ל cum
- Verbo Infinito est ex *Bachlam*, p. 32.
- Nomine est
  - prosthet. p. 188. ubi addes לאט *sensim.*
  - significat. casus Genit. Dat. p. 125.
- Particulis est pleonasticum; ut, למן *ex, è.*

 ב cum

ב cum { Verbo infinito est ex Bachlam. p.32. Nom. & Pronom. est nota casus Abl. p.125. Particulis redundat: ut, בּאין *in non*. }

ש est relativum, vel causale, pag. 140.

4. *In capite & fine famulantur, sed in medio semper sunt substantiales* הכמן (abscondere)

ה {
- præpositum {
  - format in {
    - Verbis characterem { tempor. imperat. et infin. Niph. conjugationis { tertiæ. quartæ. } }
    - Nominibus Heemant. p. 117.
  }
  - significat { Emphasin, pag. 119. Adverb. interrog. & Relat. *qui*, p. 141 }
}
- postpositum {
  - Σημαντικῶς, estque { afformativum generis fœminini, in Verb. p. 34. in Nom. p. 122. affixum fœminin. p. 137. locale, p. 190. }
  - Ἀσημαντικῶς sive paragogicè in Nominibus, p. 123. in Verbis, &c. p. 190.
}
}

כ {
- ab initio { cum infinitivo est ex Bachlam, p. 32. nota similitudinis, p. 144. }
- in fine dictionis est affixum, p. 137.
}

מ {
- præpositum { formativum { Participii, pag. 32. Nominis Heemanthici, p. 118. } consignificativum, p. 139. }
- postpositum est constitutivum orationis { Partium { Nom. de nomine: ut, יומם Pronomin. affixi, p. 137. } Accidentium, videl. Numeri Dual. pluralis. }
}

- נ ministrat
  - à fronte in
    - Verbis, est
      - Formativum primæ personæ plur. in Futuris.
      - Characteristicum Niphal.
    - Nominibus constitutivum nominum, p. 118.
  - in calce, in
    - Verbis
      - paragogicè, p. 191.
      - terminativè apocopato ה syllabæ afformativæ נה p. 38.
    - Nominibus Heemanthicè, p. 118.
    - Pronominibus consignificativè, p. 137.

5. *Ubique serviunt,* וית

- ו
  - ab initio servit copulativè, p. 142.
  - in medio sustentat vocalē Cholem vel Schurek.
  - in fine est
    - formativum num. plur.
    - terminativum Infinitivi, p. 96.
    - significativum affixi, p. 137.
    - paragogicum, p. 191.

- י in
  - Capite
    - Verborum, constituit tertiam pers. utriusq; numeri Futuri secundi.
    - Nominum, est ex Heemanth. p. 118.
  - Medio
    - Verborum
      - constitutiva Hiphil.
      - vicaria tertiæ radicalis.
      - epenthetica, p. 189.
    - Nominum
      - verbalium: ut, דביר *adytum*, &c.
      - affixis junctorum nota pluralitatis: ut, דבריך

Formæ

- Fine
  - Formativa
    - Primæ præter. sing. præcedêt. ה
    - Secundæ Futuri singularis
      - Primi.
      - Secundi.
  - Heemanthica, pag. 118.
  - Affixum primæ personæ, p. 137.
  - Nota regiminis, p. 184.
  - Paragogica, p. 191.

ה servit

- Fronti
  - Verborum, est characteristica Fut. secundi.
  - Nominum, est Heemanthica, p. 118.
- Medio
  - Characteristicum conjug. Hithpahel.
  - Vicarium tertiæ radic. ה in tertiâ fœm. præt.
- Fini
  - In Verbis
    - formativum
      - Secundæ personæ Præteritorum.
      - Primæ sequente י
      - Infinitivi
        - deficientium primâ י pag. 54. vel נ pag. 62.
        - quiescentium tertiâ ה pag. 92.
      - Participii fœminini utriusque numeri.
    - substitutum pro ה fœminin. in præterit. more Chald.
  - In Nominibus
    - formativum generis, pag. 122.
    - numeri, p. 126.
    - vicarium lit. ה in Regimin. p. 184

6. *Aliquando etiam integræ syllabæ, ex meris tamen literis servilibus compositæ, vocibus inserviunt.*

Et

Et quidem *Fronti verborum* Conjugat. *Hith-*
pah. הִתְ אֶתְ תִּתְ יִתְ נִתְ מִתְ.
Calci Verborum in Præterit. תִּי תֶּם תֶּן נוּ
In Futuris syllabâ נָה. *Nominum* singularium
addito Heemanthica ה pag. 118. Fœmi-
nin: ה ת נִי vel ית.. pag 122. Dualium יִם
p. 124. Pluralium mascul. ים. p. 125. fœ-
minin. ות p 126. Tam *Verborum* quam *No-*
minum sunt affixa Pronomina, p. 137.

7. *Perpensis hoc modo Servilibus, ut inde Radix emergat, prorsus omnes sunt abjicienda. Sin igitur tres Radicales remanserint, Radix erit perfecta; sin plures erit redundans, sin pauciores erit vox anomala.*

Nolo putes omnes illas literas supra dictas *Serviles*, semper & ubique esse tales; dantur enim plurimæ voces Radicales quæ tantum ex solis & meris illis XI. servilibus constant; v. g. יִבְנֶה *ædificabit*, hîc habes quatuor literas ex ordine Servilium dictas, quarum tamen posteriores sunt Radicales, & prior tantum Servilis. Proinde ad discernendum Radicales à Servilibus, necesse est notes:

8. *Dignoscuntur Literæ Serviles à Radicalibus, 1. ex superabundantiâ. 2. ex significatione. 3. ex punctatione. 4. ex formâ.*

Dico 1. *ex superabundantiâ*, quoties enim dictio constat pluribus literis quam tribus, tunc

tunc illæ quæ à fronte vel à calce accesserunt, sunt serviles: v. g. מֵחָרְבוֹתֵיהֶם *à solitudinibus suis*, hîc sunt sex literæ serviles, מ à fronte est præfixum, הֶם in calce est affixum, י est assumptitium propter affixum, ות est nota fœminin. plural. remanent igitur tres literæ Radicales חרב. 2. *Ex significatione*, pleræque enim sunt consignificativæ: v. g. וְלִבְנִי *& filio meo*, ו ab initio est copulativum, ל in medio casus Dativi significativum, י in fine affixum, manent igitur duæ tantum radicales, ubi tertia est supplenda, ita Radix evadat בָּנָה 3. *Ex punctatione*, regulare enim punctum habent (:) quod si sequatur aliud *Scheva* mutatur in *Chirek, Patach*, vel *Segol*: v. g. in נִפְקַד נ formativum est cum *Chirek* propter aliud sequens *Scheva*. Sic, מַפְקִיד ita אֶפְקֹד &c. 4. *Ex formâ*, v. g. יָבִין *intelliget*, י initiale intelligo esse formativum futuri, quoniam habet formam יָקִים, &c.

II. De Radicalium Literarum suppletione.

9. Si duæ Radicales remanserint, ad explendum tertiam, aut fronti præponendum erit י נ *aut* ל. *Vel medio inserendum* י ו *aut duplicanda tertia; aut fini postponenda* ה. *Unica tantum si remanserit,*

manserit, postponendum erit ה *& præponendum* נ *vel* י

Quid autem quoquo in loco sit supplendum notum faciemus id 1. Ex literarum numero. 2. Ex punctatione. 3. Ex accentu.

1. *Ex literarum numero.*

10. *Duarum literarum si prior fuerit* הַ *aut ex* א ת י נ *semper est servilis, posterior radicalis; proinde initio præponendum* נ *fini* ה ut, הַךְ (à נכה) *percute,* הַט *inclina,* אַט *inclinabo,* יַט *declinabit,* יַז *sparget,* נַךְ *percutiemus,* &c. Excipe Nomina & Particulas: ut, אָב *pater,* אֶל *ad.* Item duos Imperativos הַב (à יָהַב) *da,* נַס (à נָסָה) *tenta.*

Extra hunc casum, si duæ literæ extiterint, semper sunt radicales. Et sic variè tentandum, num capiti, medio vel calci aliquid erit apponendum, donec quid ratio contextus requirat, reperiatur. Sit v. g. שב si ei præponas י erit à יָשַׁב *sedit*; sin נ à נָשַׁב *flavit*; sin inseras ו à שׁוּב *reversus est*; sin gemines tertiam, à שָׁבַב *fregit*; sin apponas fini ה à שָׁבָה *captivavit,* &c.

Et hic necesse est ut Regulas de literarum Aphæresi, Syncope, & Apocope, sparsim in Gram. propositas, in promptu habeas.

11. *Tres literæ si constituant unam syllabam,* in

tunc illæ quæ à fronte vel à calce accesserunt, sunt serviles: v. g. מֵחָרְבוֹתֵיהֶם *à solitudinibus suis*; hîc sunt sex literæ serviles, מ à fronte est præfixum, הֶם in calce est affixum, י est assumptitium propter affixum, וֹת est nota fœminin. plural. remanent igitur tres literæ Radicales חרב 2. *Ex significatione*, pleraque enim sunt consignificativæ: v. g. וְלִבְנִי *& filio meo*, ו ab initio est copulativum, ל in medio casus Dativi significativum, י in fine affixum, manent igitur duæ tantum radicales, ubi tertia est supplenda, ita Radix evadat בָּנָה 3. *Ex punctatione*, regulare enim punctum habent (:) quod si sequatur aliud *Scheva* mutatur in *Chirek*, *Patach*, vel *Segol*: v. g. in נִפְקַד ו formativum est cum *Chirek* propter aliud sequens *Scheva*. Sic, מִפְקִיד ita אֶפְקֹד &c. 4. *Ex forma*, v. g. יָבִין *intelliget*, י initiale intelligo esse formativum futuri, quoniam habet formam יָקִים, &c.

II. De Radicalium Literarum suppletione.

9. Si duæ Radicales remanserint, ad explendum tertiam, aut fronti præponendum erit י נ *aut* ל. *Vel medio inserendum* ו י *aut duplicanda tertia; aut fini postponenda* ה. *Unica tantum si remanserit*,

manserit, postponendum erit ה *& præponendum* נ *vel* י

Quid autem quoque in loco sit supplendum notum faciemus id 1. Ex literarum numero. 2. Ex punctatione. 3. Ex accentu.

1. *Ex literarum numero.*

10. *Duarum literarum si prior fuerit* הָ *aut*
ex אתין *semper est servilis, posterior radicalis;*
proinde initio præponendum נ *fini* ה ut, הַךְ (à נכה)
percute, הַט *inclina,* אַט *inclinabo,* יַט *declina-*
bit, יַז *sparget,* נַךְ *percutiemus*, &c. Excipe No-
mina & Particulas: ut, אָב *pater,* אֶל *ad.* Item
duos Imperativos הַב (à יְהַב) *da,* נַס (à נָסָה)
tenta.

Extra hunc casum, si duæ literæ extiterint, sem-
per sunt radicales. Et sic variè tentandum, num
capiti, medio vel calci aliquid erit apponen-
dum, donec quid ratio contextus requirat, re-
periatur. Sit v. g. שב si ei præponas י erit à
יָשַׁב *sedit*; sin נ à נָשַׁב *flavit*; sin inseras ו à שׁוּב
reversus est; sin gemines tertiam, à שָׁבַב *fregit*;
sin apponas fini ה à שָׁבָה *captivavit*, &c.

Et hic necesse est ut Regulas de literarum Aphæresi, Syncope, & Apocope, sparsim in Gram. propositas, in promptu habeas.

11. *Tres literæ si constituant unam syllabam, in*

in Nominibus semper sunt radicales, (ut: נֵרְדְּ nardus) *In Verbis autem si prima fuerit ex Ethan, est servilis, & proinde tertia* ה *venit supplenda*: ut, אֶשְׁתְּ (à שָׁתָה) *bibam*, יֵשְׂטְ *declinabit*, יַשְׁקְ *potabit*, &c.

2. Ex Punctatione.

12. *Vox trium literarum, quarum prima est mobilis per Scheva, & tertia quiescens in Tzere est radicalis*: ut, נְטֵה *inclina*, גְּלֵה *revela*. Excipe si præcesserit Cametz, ה est paragogicum, & prima erit supplenda: ut, שְׁבָה sede à יָשַׁב, לְכָה quod & לֵךְ *veni*, גְּשָׁה (à נָגַשׁ) *accede*.

13. *Si tres literæ fuerint, quarum prima legitur cum Scheva, & tertia in Chirek, vel* י *quiescit, tunc radicalis litera deficit, & expletur vel præponendo* י (ut, שְׁבִי שְׁבִי à יָשַׁב) *vel* נ (ut, גְּשִׁי גְּשִׁי à נָגַשׁ) *aut postponendo* ה (ut, גְּלִי גְּלִי à גָּלָה) Sic in Nominibus, שְׁבוֹ *magnes*, שְׁבִי *captivitas*, פְּרִי *fructus*, בְּכִי *fletus*, &c. quæ quidem Nomina formata juxta formam דְּבִיר scriberentur פְּרִיה &c. At ה cum non admittat י. utpote heterogeneum suæ quietis punctum, ideò in cognatum י mutatur, h. m. פְּרִיי Porro ne fiat immediatus concursus duorum י Chirek magnum sustentaculum suum amittit, sicque emergit פְּרִי

Omnes voces quæ habent puncta, formæ פִּקֵּד *sunt radicales.* Excipe quieſcentia ſecunda ו ut, לְהָרַע *ad maleſaciendum*, &c. vide pag. 68. Item geminantia, לְהָבֵר *ad purgandum.* Item quieſcentia tertiâ ה ut, אֶחֱזֶה *videbo*, אֻחַז *acuetur*, וַיֵּחַל *& ægrotavit*, (vide pag. 101.) in quibus ob accentum prius Patach tranſit in Cametz.

Quæ dictio terminatur in duplex Segol vel Patach vicarium, ea eſt radicalis. Excipe 1. Infinit. quieſcentium primâ ' pag. 54. & deficientium primâ נ pag. 62. 2. Futura Hiphil quieſcentium tertiâ, pag. 103. 104. 3. Quædam Nomina Heemanth. deducta ex quieſcentibus ſecundâ: ut, נַחַת *quies*, רַחַת *ventilabrum.* Item ex geminantibus: ut, תֶּבֶל *confuſio*, מֶכֶס *numerus*, מֶמֶר *amaritudo.* Item ex quieſcentibus tertiâ: ut, קֶרֶת *civitas*, צֶפֶת *coronamentum*, יֶשַׁח *depreſſio.*

Si poſt literam Heemanthi, ſequatur Cholem vel Schurek, vertendum erit in (') ut, הוֹגֶה *vim faciunt* à יָגָה תּוֹרָה *lex* à יָרָה Sic תּוּשִׁיָּה *eſſentia*, &c. Excipe, in Verbis Fut. Kal quieſcentium primâ א pag. 52. Item totum Hophal quieſcentium & duplicantium. In Nominibus excipe מוֹעֵל (à עָלָה) *elatio*, מוֹרַת *amaritudo*, מוֹרָד *diductum*, מוֹרֶךְ *mollities*, quæ ſunt ex geminantibus.

Defectus primæ radicalis (') ſub literis Ethan com-

compensatur per Tzere, p. 55. Secunda ו *vel geminatæ, suppletur sub Heemanthica vocali longâ.* Vide p. 67. 79. &c. quæ tamen non rarò resolvitur in parvam & dagesch, p.

Dagesch secundæ radicali post Heemanthicam impressum, arguit defectum primæ radicalis (י) *p. 56.* נ *p. 63. vel* ל *p. 65. Tertia, notat absentiam secundæ radicalis, p. 77. Literæ servili* ו *vel* ה *indicat syncopam ejusdem literæ* ו *vel* ה *p. 104.*

3. *Ex accentu.*

In præteriti tertiâ pers. utriusque numeri Quiescentium tertiâ, accentus ultimam acuit, ut distinguatur à Quiescentibus secundâ: ut, גָּלָה *revelavit* ille, גָּלָה (à גּוּל) *exultavit* illa, גָּלוּ *revelarunt,* גָּלוּ *exultarunt,* בָּנוּ *ædificarunt,* בִּנוּ *intellexerunt.*

Atque hæc etiam de istis. Supereſt adhuc dicendum de monoſyllabis Nominum finiendibus in י quæ aut ſunt radicalia, ut דַּי *ſufficientia,* שַׁי *munus*; aut derivantur ex quieſcentibus tertiâ ה mutatâ nonnunquam ſecundâ ה vel ו in י ut, כִּי (à כָּוָה) *uſtio,* רִי (à רָוָה) *irrigatio,* נִי (à נָהָה) *lamentum,* &c. In reliquis quæ fortè hic deſiderantur, Uſus Magiſter erit.

FINIS.



Nomina Authorum

Cum monitore *Plinio* in præfat. Hist. naturalis, benignum & plenum ingenui pudoris sit fateri à quo & per quem profeceris; proinde Authorum nomina ex quibus hæc Institutio est concinnata hac in tabella proponam.

Abr. de Balmes.
Alstedius.
Amama.
Avenarius.
Baldovius.
Bertram.
Brunnerus.
Blebelius.
Buxtorf.
Bellarminus.
Calasius.
Cevallerius.
Cleonardus.
Capnio.
Clajus.
Dantes.
Drusius.
de Dieu.
Erpenius.
Fagius.
Forsterus.
Genebrardus.
Gibelius.
Gronbeccius.
Guidacerius.
Goddæus.
Glasius.
Hafenrefferus.
Helvicus.
Humius.
Hanevinkel.
Isaacus.
Iunius.
Keckermannus.
Kimchi.
El. Levita.
Massora.
Marinus.
Martinius.
Mayer.
Meelfurerus.
Mercerus.
Munsterus.
Myricæus.
Neander.
Nouzenius.
Pagninus.
Petræus.
Pistorius.
Quinquarbor.
Gram. Regia.
Rosselius.
Reuchlinus.
Schindlerus.
Simson.
Schickardus.
Stephanus.
Trostius.
Tremelius.
Vallensis.
Vignalius.
Waserus.
Wolderus.

Nomina Authorum

Cum monitore *Plinio* in præfat. Hist. naturalis, benignum & plenum ingenui pudoris sit fateri à quo & per quem profeceris; proinde Authorum nomina ex quibus hæc Institutio est concinnata hac in tabella proponam.

Ab. de Palmes.	*Genebrardus.*	*Munsterus.*
Alfredus.	*Gibelius.*	*Myricæus.*
Amama.	*Grambeccius.*	*Neander.*
Avenarius.	*Guidacerius.*	*Nonzenius.*
Baldovius.	*Goddæus.*	*Pagninus.*
Bertram.	*Glassius.*	*Petræus.*
Bohmerus.	*Hafenrefferus.*	*Pissorius.*
Bodeking.	*Helvicus.*	*Quinquarbor.*
Buxtorf.	*Hunnius.*	*Gram. Regia.*
Bellarminus.	*Hezelius.*	*Rosselius.*
Calasius.	*Isaacus.*	*Reuchlinus.*
Cevallerius.	*Junius.*	*Schindlerus.*
Clenardus.	*Keckermannus.*	*Simson.*
Capito.	*Kimchi.*	*Schickardus.*
Clajus.	*El. Levita.*	*Stephanus.*
Danzius.	*Massora.*	*Trostius.*
Drusius.	*Marinus.*	*Tremelius.*
de Dieu.	*Martinius.*	*Vallensis.*
Erpenius.	*Mayer.*	*Vignolius.*
Fagius.	*Meelfurerus.*	*Walterus.*
Forsterus.	*Mercerus.*	*Waldegus.*